

AB

13300



2


C. c. 65


Ursprüngl. Aufschrift

Libb. grammat. & antiquar.
in Octavo

N. II.

II. I. a II





EMMANVELIS

2

ALVARI,
E SOCIETA-
TE IESV, DE GRAM-
MATICA IN-

stitutione

LIBER TERTIVS.

Siue,


De Syllabarum dimensione.


Scholijs auctoris prætermiſſis:



COLONIAE AGRIPPINAE,
In officina Birckmannica, sumptibus
Hermanni Mylij.

ANNO M.DC.XXVIII.





DE

GRAMMATICA
INSTITVTIONE

LIBER TERTIVS.

DE SYLLABARVM DI-
mensione.



Syllabæ fiunt vel ex vna, vel pluribus
literis, vt: *l, e, runt.*

Literæ partim sunt vocales, partim
consonantes.

Vocales sunt sex, *a, e, i, o, u, y,*

Ex vocalibus fiunt sex diphthongi *a, au, ei, eu, æ,*
yi, vt: *Premium, aurum, hei, Europa, pœna, Har-*
pyia.

In diphthongis *A, O, Y,* semper sunt principes, *I,*
& *V,* semper subditæ: *E,* & præit; & subit.

Consonantes in Mutas & semiuocales diuidun-
tur.

Mutæ sunt octo, *b, c, d, g, k, p, q, t.*

Semiuocales itidem octo, *f, l, m, n, r, s, x, z.*

Ex quibus quatuor sunt liquidæ, *l, m, n, r.*

M, tamen & *N,* raro liquefcunt, idque in Græcis
tantum dictionibus, vt: *Tecmessa, Cygnus.*

A 2

Dux



GRAMM. INSTIT.

Dux **X**. & **Z** sunt duplices, hoc, est, valent duas consonantes, **X**, **Cs**, vel **Gs**, vt *Dux, Rex*. Veteres **Z**, per duplex **ss**, reddebant, vt *Massa patrisso, petisso*.

F, proposita liquidis, **L**, **R**, vim habet mutæ,

S, quamuis immunis, ac sui iuris sit (neque enim inter liquidas aut duplices numeratur) interdum tamen liquefcit, vt suo loco dicemus.

H, sitne litera, an aspirationis nota, dubium, controuersumque est.

I, inter duas vocales posita consonans est, atque duplex **I** valet: vt *Maior, Peior*: veteres **I**, geminabant, *maijor aijō, Maïja*.

I, & **V**, cum vocalibus proponuntur, easque comprimunt, fiunt consonantes, vt *Ianua, iecur, conijcio, iocus, iudex. V. ites, velox, vita, vox, vultus*,

Iota Græcorum, nunquam est consonans: quare in *Iason, iambus, iaspis*, & cæteris quæ planè sunt Græca, prima vocalis est.

Iod, apud Hebræos semper consonans est, cum vocalibus præponitur, vt *Iesus, Ioannes, Iacobus*, itaque qui hæc atque alia eiusdem generis nomina per **I**, consonantem efferunt, optimè quidem pronunciant; qui verò per vocalem, Græcos imitantur.

V. Post

LIBER III

V, post Q. literam semper liquescit, vt: *Querere*
quero, quia. At post G & S. modò liquescit,
vt: *Lingua, langueo, sanguis, extinguo, suadeo,*
suavis, Modo integra est, suãque vim retinet,
vt, *Exiguus, suus*

Literæ liquescunt, cùm vim roburque vocalis aut
consonantis amittunt.

SYLLABAE PARTIM BREVES

partim longæ, partim commu-
nes.

Syllabæ, quas temporibus metimur, aut sunt
breues, aut longæ, aut communes. Tempus est
spatium interuallumque, quo Syllaba pro-
nuntiatur. Syllaba breuis ex vno tempore atque
spatio constat, vt: *At, Sed,* Longa ex duobus, vt:
Ab, en.

Communis est, quæ in versu tum breuis, tum
longa esse potest, quales sunt priores in *Atlas,*
Cyclops: mediæ in *Tenebræ, Latebræ, Pharetra.*

Nulla vocalis apud Latinos perpetuò breuis,
aut longa est: Apud Græcos epsilon & omi-
cron, quæ e, & o, breue valent, perpetuò sunt
breues, vt: *Origenes, Timotheus, Herodotus, Macedo-
nes.*

* Eta, & omega, quæ e & o longum valent,
semper sunt longæ, vt *Erëmus, Idolum.*

GRAMM. INSTIT.

PRÆCEPTA

VNIVERSA DE SYL-
LABARVM BREVITATE
ac longitudine.

PRIMUM DE VOCALI
ante vocalem.

Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus brevis est, vt: *Puer fuit, ruit.*

Aen. 12. Virg. Disce puer virtutem ex me, verumq; laborem,

Aen. 1. Idem. Lucus in vrbe fuit media latissimus vmbra.

Aen. 2. Idem. Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos.

EXCEPTIO I.

FIo, I, habet longum, nisi sequar R, vt: *Fiebam,*
Fiam.

*Iuuenalis, Fient ista palam, cupient & in acta refer-
ri.*

Satyr. 2. Sin R. sequatur, breue est, vt: Fierem, fieri, con-

*Aen. 4. Virg. Nunc qua ratione quod instat
fieri.*

Confieri possit, paucis, aduerte, docebo.

EXCEPTIO II.

Interrogandi ac dandi casus quintæ declinati-
onis E, ante I, producunt, vt: *Diei speciei, Præter
Rei, spei, fidei.*

EXCEPTIO III.

Genitiuus in ius, habet i, longum in so-
luta oratione, in carmine tum breue,
tum

LIBER III.

tum longum, vt: *Vnius, illius*. Preter alterius, quod
vbique, I, habet breue: Alius verò longum. *Virgi-*
lius,

Vnius ob noxam, & furias Aiaceis Oilei.

Aen. I.

Hor. Nullius addictus iurare in verba magistri.

Epi. I.

EXCEPTIO IV.

Ohe priorem habet communem.

Lib. 4.

Martialis, Ohe iam satis est, ohe libelle.

Cai, Pompei, Vultei, & si qui sunt similes vo-
candi casus, penultimam habent longam.

Mart. Quod peto da Cai, non peto consilium.

Lib. 4.

Ouid. Accipe, Pompei, deductum carmen ab illo,

De Pont.

Debitor est vitæ qui tibi, Sexte, sua.

4.

APPENDIX.

AER, chorea, platea, Cytherea, elegia, Dari-
us, & alia huius generis, quæ vocalem ante
vocalem longam habent, Græca sunt.

Met. 7.

Ouid. Terra feras cepit, volucres agitabilis aer.

Ibid. 8.

Idem, Sapè sub hac Dryades festas duxere choreas.

Aen. 1.

Virgil. Parce metu, Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi.

Chorea, platea, interdum à poetis corripun-
tur.

Virg. Pars pedibus plaudunt choreas & carmina di-
cunt.

Lib. 6.

Horat. Pura sunt platea, nihil vt meditantibus ob-
stet.

Epist. 1.

A 4

Non-

GRAM. INSTIT.

Nonnunquam soluta diphthongo e in e longum mutatur, vt Cythereia, Cythereia, Elegeia, Elegeia.

Met. 4. Ouid. Exigit indicij memorem Cythereia poenam,
Elegia 3. Idem, Flebilis indignos elegeia solue capillos.

APPENDIX II.

IDea, Andreas, sophia, Philosophia, symphonia etymologia, orthographia, & alia quamplurima vocalē ante vocalem corripunt: licet eadem nomina acuta penultima multi viri docti more Græcorum pronuntient.

In Arte. Horat. Vt Græcias inter mensas symphonia discors.

PRAECEPTVM II. DE
diphthongis.

Diphthongus longa est tam in Græcis, quàm in Latinis dictionibus, vt: *Aeneas, Melibæus, premium, laus.*

Aen. 1. Virg. Miratur molem Aeneas magalia quondam.

Eclog. 1. Idem, O Melibæe, Deus nobis hæc ocia fecit.

Aen. 1. Idem: En Priamus: sunt hic etiam sua premia laudi.

EXCEPTIO.

Præpositio Præ, composita, cum vocalem præcedit, brevis est, vt: *Præuro, præustus.*

Aen. 7. Virg. Stipitibus duris agitur, sudibusque præustis.

PRAECEPTVM III. DE præpositione.

Vo-

LIBER III.

VOcalis ante duas consonantes, vel vnā duplicem eiusmodi dictionis, longa est positione, vt, *Terra Araxes, Gaza, maiora, Troia.* Aen. 3.
Virg. Terra procul vastis colitur Mauortiacampis. Lib. 1.
Lucan. Subiuga iam Seres, iam barbarus isset Araxes. Aen. 1.
Vir. Arma virum, tabulaq; & Troie gaza per vnda, Eclog. 4
Idem. Sicelides Musæ paulò maiora canamus Aen. 2.
Id. Hostis habet muros: ruit alto culmine Troia.

APPENDIX I.

SI altera consonans fuerit in fine præcedentis dictionis, altera in principio sequentis, vocalis nihilominus longa erit, vt: *At pius, A,* longum est, positione duarum consonantium, *t,* & *p,* quamuis sint in diuersis dictionibus.
Virg. At pius Aeneas per noctem plurima voluens. Aen. 1.

APPENDIX II.

SI vtraque consonans, aut duplex fuerit in principio sequentis dictionis, ferè nihil præcedentem vocalem breuem iuuabit.
Ouid. sedebat in solio Phæbus claris lucente smaragdis. Met. 2
Virg. Phæbe graues Troie semper miserate labores Aen. 6.
Idem, iam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. Aen. 3.
Lucan. Tales fama canit, tumidum super æquora Lib. 2
Xerxem. Construxisse vias.

Lucente, phæbe, nemorosa, æquora, vltimas habent breues, licet duæ consonantes, aut vna duplex sit in principio sequentium dictionum.

A s

Ex-

GRAMM. INSTIT.
EXCEPTIO I. DE
Liquefcentibus.

VOcalis brevis ante mutam & liquidam eiusdem dictionis, in carmine communis est, in soluta oratione perpetuò corripitur, vt: *Volucris, Cyclops.*

Met. 13. Ouid. Et primò similis volucris, mox vera volucris.

Aen. 3. Vir. Ignariq; via Cycloperum allabimur oris.

Ibidem. Idem, Vastosque ab rupe Cycloperas Prospicio.

APPENDIX I.

VOcalis ante F, & liquidas frequētissimè corripitur, vt: *Reflecto, refluo, reslagito, refringo, refreno.*

Aen. 2. Virg. Nec prius amissam respexi, animumq; reflexi.

Met. 5. Ovi. Inq; caput crescit, longosq; reflectitur vngues.

In epist. Idem, illa refrenat aquas, obliquaq; flumina sistit.

Serm. Horat. postquam discordia tetra Belliferatos

Sat. 4. postes, portasque refregit.

Interdum etiam producitur, vt: *Restoreo*, apud Silium:

*Lib. 15. Celsus ceu prima restorescente iuuenta, Ibat consul
ouans.*

APPENDIX II.

ABluo, obruo, subleuo, adnitor, & cætera ex iisdem prepositionibus composita, nunquã primam corripunt: necesse est enim vt muta & liquida ad sequentem vocalem spectent, vt: *Tenebra, latebra, funebris, lugubris, Abluo*, & cæteris, muta ad præcedentem vocalem pertinet.

AP-

LIBER III.
APPENDIX III.

M, & N, raro liquefcunt, idque in Græcis dictionibus duntaxat, vt: *Tecmeffa, Cygnus, Terapna, Ichneumon.*

Sil. Ecce inter primos Terapneo à sanguine Claufi. Lib. 8.
Mart. Delectat Marium fi perniciosus Ichneumon. Lib. 7.

EXCEPTIO II.

I, inter duas vocales in compositis Bijugus, Quadrijugus, simplex confonans est, non duplex: quare meritò præcedens vocalis corripitur.

Virg. Interea bijugis infert fe Leucagus albis. Idem. Aen. 10.
Centum quadrijugos agitabo ad flumina currus. Georg. 3.

PRAECEPTVM IV. DE PRAE-
teritis difyllabis.

Praeterita difyllaba habent priorem longam,
vt: *Vidi, Veni.*

Virg. Quos vbi confertos audere in praelia vidi. Idem. Aen. 2.
Venit fumma dies, & ineluctabile tempus Dardania. Ibid.

EXCEPTIO.

S To, do, fcindo, fero, rapiunt bibo, findo priores.

Mart. Dixit, & ardentes avido bibit ore fauillas. Lib. 1.

Luc. Aut fcidit, & medias fecit fibi littora terras. Lib. 3.

Virg. Liquefacto tempora plumbo Lib. 6.

Diffidit, & multa porrectum extendit aream.

APPENDIX I.

Compositum Abfcidi habet penultimam
communem

Luc.

GRAMM. INSTIT.

- Lib. 3. *Lucan. Abscidit impulsu ventorum adiuta vetustas.*
 Lib. 4. *Idem, Abscidit nostræ multum sors inuida laudi.*
 Lib. 6. *Idem, Illa comam leua morienti abscidit ephēbo.*
 Lib. 3. *Martialis, Abscidit vultus ensis vterq; sacros.*

PRAECEPTUM V. DE PRAE-
 teritis geminantibus primam syllabam.

Cum prima syllaba praeteriti geminatur, ea-
 dem, & secunda breuis est, nisi obstant duæ
 consonantes vt *Tetigi, peperit, cecini.*

Geor. 4. Virg. Tityre tu patula cecini sub tegmine fagi

EXCEPTIO.

Excipiuntur *cecidi cædo, pepedi à pedo*, in
 quibus secunda longa est, vt & in *ijs*, in qui-
 bus duæ consonantes sequuntur, vt *Cucurri,*
tetendi.

Satyr. 3. Iuuen. Ebrius ac petulans, qui nullum forte cecidit.
Dat pœnas.

PRAECEPTUM VI. DE
 Supinis dissyllabis.

Supina duarum syllabarum habent priorem
 longam, vt: *Visum motum*

Aen. 6. Virg. Terribiles visu formæ Letumq; laborq;
Aen. 1. Idem. Quos ego. sed motos præstat componere fluctus.

EXCEPTIO.

ratum, satum; datum: citum, litum.

At reor, atque sero, do, iunge ciere, linoque.

Itum, rutum, quitum, situm.

Ire, ruoque queo, siuirapuerere priores.

Virg.

LIBER III

Virg. Nos abÿsse rati, & vento petÿsse Micenas Aen. 2.
 Idem, At non ille, satum quote mentiris, Achilles. Ibid.
 Talis in hoste fuit Priamo. Valer. Flac. Vulnus & ex-Lib. 3.
 tremas sonuit cita cuspide cassis. Ouid. Hic situs est Pha-Met. 2.
 eton currus aurigapaterni.

APPENDIX I.

Citum à Ceio, secundæ declinationis, priorem breuem habet, vnde Cōcitus, excitus penultima breui.

Virg. Altior insurgens, & cursu concitus Heros. Aen. 12.
 Ouid. de inuidia. Nec fruitur somno vigilantibus ex-Meta. 2.
 cita curis.

Citum verò à Cio quarti ordinis, priorem producit, vnde concitus, excitus penultima longa.

Lucan. Vnde ruunt toto concitapericula mundo. Lib. 5.
 Idem, Rupta quies populi, stratisq; excita iuuentus. Lib. 1.

APPENDIX II.

Rvo nunc facit ruitum supino, priscis seculis rutum fecit, vnde extant composita, Dirutum, erutum, obrutum.

Ouid. Diruta sunt alijs, vni mihi Pergama restant. In Epist.
 Virg. Nec mihi cum Teucriis vllum post eruta bello Aen. III.
 Pergama.

APPENDIX III.

Statum videtur priorem habere communem, inde enim status, vs, & status, a, vni, prio-

GRAMM. INSTIT.

priore breui oriuntur, & composita, quæ per i, efferuntur, ipsum corripunt, vt *prælitum*.

Fast. 4. Ouid. Hic status in calo multos permansit in annos.

Fast. 1. Idem. Musa quid à fastis non stata sacra petis?

Inde etiam Staturus, constaturus, & quæ per a, efferuntur, eandem producant:

Lib. 3. Lucan. Tunc res immenso placuit statura labore.

Lib. 10. Mart. Constatura fuit Megalensis purpura centum.

PRAECEPTVM VII. DE
Supinis polysyllabis.

Supina in tum polysyllaba præcedente, v, habent penultimam longam, vt *Solutum, argutum, indutum, &c.*

Aen. 9. Virg. Luminaria micant, somno vinoque soluti Procubere.

Item in tum à præteritis in vi, per v, consonantem, vt *Cupiui, cupitum: petiui, petitum.*

Trist. 4. Ouid. Exul eram, requiesque mihi, non fama petita est.

EXCEPTIO.

Agnouitamen & cognoui, agnitum, cognitum penultimam breuem habent.

Trist. 3. Ouid. Idq, recens præstas, nec longo cognitus usu.

PRAECEPTVM VIII.

Supina in itum, à præteritis in ui, per v, vocalem, habent penultimam breuem:

vt: *Monui, monitum, tacui, tacitum.*

Virg.

LIBER III.

Virg. Discite iustitiam moniti, & non temnere Diuos. Aen. 6.
Idem, Quis te magne Cato tacitum, aut te Cossæ re- Ibid.
linquat?

PRAECEPTVM IX.
de Deriuatis.

Deriuata sequuntur naturam eorum, à qui-
bus deriuantur, vt *legebam, legam, lege, legito*,
prima breui, quia oriuntur à Præsenti *lego*,
legis, cuius prior itidem breuis est.

Legero, legissem, legero, legisse prima longa,
quia à præterito *legi* nascuntur, cuius prior etiam
longa est.

*Aratrum, simulacrum, ambulacrum, laua-
crum, volutabrum, inuolucrum* penultima lon-
ga, quia à supinis *aratum, simulatum, ambulatū,*
lauatum, volutatum, inuolutum deducuntur,
quorum penultima similiter longa est.

Reditus, exitus, introitus penultima correp-
ta, quia supina, vnde fiunt, eandem habent bre-
uem.

EXCEPTIO.

Multa quæ suæ originis naturam non se-
quuntur, vbi assiduaque poetarum lecti-
one sunt discenda, cuiusmodi sunt *Fomes,*
mobilis, laterna, regula, quæ primam habent
longam, cum verba *Foueo, moueo, lateo, re-
go*, à quibus proficiscuntur, eandem corripiant.

Contra

GRAM. INSTIT.

Contra Lucerna, arista, sopor, vadum, primam corripunt, cum verba, Luceo, areo, sopio, vado, à quibus declinantur, eandem producant.

PRÆCEPTVM X.
de compositione.

Composita breuitatem vel longitudinem simplicium sequuntur. In perlego, relego, E, ante G, breuis est, quia in simplici lego etiam corripitur.

In præterito perlegi, relegi, producitur, quia in simplici legi itidem longa est.

Attigi, concidi, diffidi, ebibi, rescidi, I, litteram habent breuem, quia in simplicibus eadem vocalis corripitur, Tetigi, cecidi à cado, &c.

Oblitum, insitum, circumdatum, desitum penultimam ob eandem causam habent breuem, nam à litum fit oblitum, &c.

APPENDIX.

Quantitas simplicium seruetur in compositis, quamuis vocales mutantur: sic concido, excido, incido, occido, recido, à cado, penultimam corripunt: Eligo, seligo, à lego.

Contra, concido, excido, incido, occido, recido à cædo, eandem producant: sic Allido, collido à lædo: Exquiro, requiro, à Quæro: Obedio, obedis ab Audio:

Virg.

LIBER III.

Virg. Occidit, occideritq³, sinas cum nomine Troia.

Aen. 12.

Iuue. Occidit miseros crambereperita magistros.

Satyr. 7.

Hæc à simplicibus longis orta corripuntur,
Deiero, peiero, à iuro: Pronuba, inuba à nubo:
Semifopitus, à sopitus: Maledicus, caufidicus,
veridicus, fatidicus à dico. Nihilum ex Ni, & hi-
lum.

Horat. Stultitia ne erret, nihilum distabit an ira.

Serm. 2.

Connubium à Nubo, secundam syllabam ha-
bet communem.

Satyr. 2.

Virgil. Hæctoris Andromache Pyrrhin' connubia ser-
uas?

Aen. 1.

Idem, Connubio iungam stabili, propriamq³, dicabo.

Aen. 1.

DE PRÆPOSITIONVM
Compositione.

Ab,	} vt	Abeo,	} Breues sunt.
Ad,		Adoro,	
Ante,		Antefero,	
Circum,		Circumago,	
In,		Inuro,	
Ob,		Obeo,	
Per,		Pereo,	
Re,		Resero,	
Sub,		Subeo,	
Super,		Superaddo,	

Tem A, Græca præpositio, vt Adamas, adytū, Satyr. 7.
atomus.

Iuue. Circumagat madidas à tempestate cohortes.

B

Virg.

GRAM. INSTIT.

- Aen. 1. Virg. Talia voce refert, ô terq, quaterq, beati.*
Fast 3. Ouid. Immolat hunc Briareus, facta ex adamante se-
curi.
Lib. 9. Virg. Talibus ex adyto dictis Cumæa Sybilla.

EXCEPTIO.

Refert, hoc est, interest, seu necesse est, re ha-
 bet longum.

- Aen 6. Mart. Multum, crede mihi, refert à fonte bibatur*
Qui fluit: an pigro cum stupet vnda lacu.
Georg. 2. Virg. --- neque enim numero comprehendere refert.

PRÆPOSITIONES LONGÆ.

A, E, De, Di Se, longæ sunt, vt: *amitto, erumpo,*
deduco, diripio, separo.

- Aen. 1. Virg. A nissos longo socios sermone requirunt.*
Aen. 2. Idem. Deducunt socij naues, & littora complent.
Aen. 1. Idem. Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

EXCEPTIO.

Dirimo, & Disertus, Di corripunt.

- Aen. 3. Virg. Cede Deo, dixitq, & praelia voce diremit.*
Lib. 6. Mart. Quod tam grande sophos clamat tibi turba to-
gata, Non tu, Pomponi, cœna diserta tua est.

PRO PRÆPOSITIO.

Propræpositio breuis est apud Græcos, vt:
Proponitis, longa apud Latinos, vt: *proue-*
ho:

Ouid.

LIBER III.

*Ouid. Misit in has si quos longa Propontis aquas.
Virg. Prouehimur portu, terraq, vrbesq, recedunt.*

*De Pon-
to 4.
Aen. 3.*

EXCEPTIO.

COrripe quæ fundus, neptis, fugioque nepos-
que,

Et fari, festus, fateor, fanumque crearunt,

Huc profugus spectat, cui iunge profano, proter-
uus,

Huc proficiscor ades, properate, procella, pro se-
cto.

Tuque propago genus, vitis propago recede.

Virg. Tum breuiter Dido vultum demissa profatur. Aen. 1.

*Proper. Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athe- Lib. 3.
nas.*

Lucan. Ad Cinnas, Mariosq, venis? sternere profecto. Lib. 1.

Idem. Quam prior affatur Pompeij ignara propago. Lib. 6.

Virgil. ---pressos propaginis arcus. Geor. 2.

APPENDIX.

Propino, procuro, primam habent com-
munem: profundo rarissime eandem produ-
cit.

E IN COMPOSITIONE.

Si prior pars compositi, E, vocali terminetur,
serè breuis est, vt: liquefacio, tepefacio, treme-
facio, stupefacio, nefas.

B 2

Virg.

GRAMM. INSTIT.

Georg. 1. Virgil. Flammaramque globos liquefactaque volvere saxa.

Aen. 9 Idem, --- atro tepefacta cruore Terra, torique madet.

Sat. 13. Iuuen. Credebant hoc grande nefas, & morte pian-
dum,

Si iuuenis vetulo assurrexerit.

EXCEPTIO.

EXcipe, nequis, nequa, nequod, nequam, nequitia, nequaquam, nequicquam, nequando, videlicet, veneficus, venefica.

Aen. 12. Virg. Nequa meis esto dictis mora: Iupiter hac stat.

In Epist. Ouid. Barbara narratur venisse venefica tecum.

I, VEL Y, IN COMPOSITIS.

SI prior pars compositionis, in I, vel Y, desinat, corripitur, vt *Omnipotens, causidicus,*

Palinurus, Polydorus.

Aen. 10. Virgilius, Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas,

Infit.

Lib. 5. Mar. Carpere causidicus, fertur mea carmina: qui sit Nescio: si sciero, va tibi causidice.

Aen. 5. Virgil. Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Aen. 3. Idem, Nam Polydorus ego, & c.

EXCEPTIO I.

I, longum habent, ibidem, vbique, idem pronomen virile, bigæ, quadrigæ, biduum, triduum, siquis, siqua, siquod, scilicet, ilicet, tibicen, meli-phyllon, Trinacria.

Mart.

LIBER III.

Mart. Difficilis, facilis, iucundus, acerbus es idem. Lib. 2.
Idem, Si totus tibi triduo legatur. Virgil. Trinacria Lib. 2.
mirata fremit Troieque iuventus. Ouid. Parua necat Aen. 5.
morfu spaciosum viper a taurum. Idem, Si qua meis Trist. 1.
fuerint, vt erunt, vitiosa libellis, Excusata suo tempore 4.
lector habe.

Vbicunque frequentius I, habet breue.

Mart. Quid tecum cupis esse meos vbicunque libellos. Lib. 1.
Quid. tamen produxit. Seruor vbicunque est: &c. Met. 1. 7.

EXCEPTIO II.

I Tem composita ex dies, vt meridies, meri-
dior, quotidie, quotidianus, &c.

Mart. Inter tepentes post meridiem buxos Sedet. Lib. 3.

EXCEPTIO III.

S I, I, fixum non fuerit, sed pro genere & casu
mutetur, longum erit, vt quidam, quiuis, qui-
libet, tantidem.

Mart. Rumpitur inuidia quid am, carissime Iuli, Lib. 9.
Quod me Roma legit, rumpitur inuidia.
Quia. Pollicitis diues quilibet esse potest.

O IN COMPOSITIS.

O In Græcis dictionibus priorem compositi
partem claudens, corripitur, vt: *Cymothoe,*
Carpophorus, Argonauta.

Mar. Secula Carpophorum, Cesar, si prisca tulissent: Lib. 1.

GRAM. INSTIT.

*Iam nullum monstris orbe fuisset opus,
Lib. 3. Idem, Non nautas puto vos, sed Argonautas.*

EXCEPTIO.

QUæ per omega apud Græcos scribuntur, longa sunt, vt: Γεωμετρία Geometria; λαγώπιδες Lagopus: nec plura facile inuenias, quibus vtantur Latini.

Lib. 7. Mart. Si meus aurita gaudet lagopode Flaccus.

DE INCREMENTO SINGULARI NOMINIS.

QVID SIT INCREMENTUM.

SI genitiuus singularis par fuerit nominatiuo syllabarum numero, nullum erit incrementum, vt: *Musa, Musæ. Dominus, Domini.*

Sin longior fuerit, tum penultima genitiui incrementum erit, quæ in omnibus casibus vtriusque numeri semper genitiui quantitatem seruat, vt: *Sermo, sermonis, sermones, sermonibus*, vbique *O* longum est: præter *Bobus*, vbi *O* producitur, quamuis in genitiuo singulari corripitur *Bovis*.

AP.

LIBER III.

APPENDIX.

ITer, suppellex, & composita ex caput, literis
Ps, finita, duplici augentur incremento, vt: *itineris, suppellectilis, biceps, bicipitis.*

INCREMENTVM PRIMÆ
declinationis.

A, incrementum primæ declinationis, longum
est, vt: *Aulai, Pictai.*

Virg. Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

Aen. 3.

Virg. Diues equum, diues pictai vestis & auri.

Aen. 9.

INCREMENTVM SECUNDÆ
declinationis.

E, I, V, incrementa secundæ declinationis cor-
ripiuntur, vt: *miser, miseri, vir, viri, satur, satu-
ri.*

Virg. Non ignara mali miseris succurrere disco.

Aen. 7.

*Idem. Arma, virumque cano, Troia qui primus ab or-
ris.*

Ibid.

EXCEPTIO.

IBer, iberi, penultimam habet longam, & ex eo
compositum, Celtiber, Celtiberi.

Lucan. Interea domitis Casar remeabat Iberis.

Lib. 4.

Mart. Vir Celtiberis non tacende gentibus.

Lib. 1.

GRAMM. INSTIT.

INCREMENTA TERTIAE
declinationis.

A.

A Incrementum singulare tertiæ declinationis, longum est, vt: Vectigal, Titan, pietas, pax, calcar, & Ajax.

Fast. 3. Ouid. Concitati iratus validos Titanos in arma.

Aen. 1. Virg. Hic pietatis honos, sic nos in scepra reponis?

Aen. 7. Idem, Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Tyranni.

EXCEPTIO I.

COrripi masculina in al & ar. vt: Sal, Annibal, Amilcar.

Par cum compositis, hepar, cum nectare, bacchar.

Hic vas, mas, & anas, queis iunges larque, iubarque.

Aen. 1. Virg. Vela dabant lati, & spumas salis ære ruebant.

Lib. 8. Silius, Annibalem Fabio ducam spectante per Urbem.

Lib. 1. Idem. Cui sæuam arridens narrabis Amilcaris umbra.

Aen. 5. Virgilius, Pergameumque Larem, & cana penetralia Vestæ.

EXCEPTIO II.

Item Græca in A, & As: vt: poema, stemma, Pallas, & quæ consonantem habent ante

LIBER III.

ante s, vt trabs, Arabs.

Et dropax, anthrax, atrax, cum smilace, climax.

His Atacem, panacem, colacem, ltyracemque, facemque,

Atque abacem, coracem, phylacem, compositaque nectes.

*Iuuen. Stemmata quid faciunt? quid prodest Pontice Satyr. 3.
longo Sanguine censer?*

*Virg. Instar montis equum diuina Palladis arte Aedi- Aen. 2.
ficant.*

*Ouid. Nam modò thaurilegos Arabas, modò suspicit Fast. 4.
Indos.*

E.

E incrementum singulare tertiæ declinationis, breue est, vt:

Degener, atque teres, puluis, cum funere, nex, grex.

*Ouid. Mille greges illi, totidemq, armenta per herbas Met. 4:
Pascebant.*

EXCEPTIO I.

G Enitiuus, Enis, penultimam habet longam. Vt: Ren Renis. Siren Sirenis.

Ver, & Iber, locuples, hæres, mercesque, quiesque,

Lex, veruex, halec, spes, plebs, rex, insuper ha-lex.

Mart. Munera qui tibi dat locupleti, Gaure, senique. Lib. 8.

B 5

Si

GRAMM. INSTIT.

Si sapis, & sentis, hu tibi ait, morere.

EXCEPTIO II.

Item peregrina in El, vt: *Michael & Græca in
er & es, vt: Crater, rhamnes, tapes, præter aër &
ather.*

Aen. 7. Virg. Crateras magnos statuunt, & vina coronant.

*Aen. 9. Idem. -- simul ense superbum
Rhamnetem aggreditur, qui fortè tapetibus altis
Extractus, toto proflabat pectore somnum.*

I, vel Y,

I vel Y incrementum singulare tertiæ declina-
tionis, breue est. vt:

*Ordo, pugil, carmen, celpes, cum sanguine, prin-
ceps.*

Et chlamys, atque chalybs, pollex. ---

*Georg. 1. Virg. India mittit ebur, molles sua thura Sabai:
At Chalibes nudi ferrum. ---*

EXCEPTIO I.

Genitiuus Inis, vel Ynis, à nominibus Græ-
cis penultimam producit, vt: *Delphin, Phor-
cyn, Salamis.*

*Item Nesis Nefidis, Gryps Gryphys, vibex vibi-
cis.*

*Glis, gliris, dis, lis, Samnis, quibus addde Quiri-
tem.*

Virg.

LIBER III.

Virgil. Orpheus in syluis, inter delphinas Arion. *Eclog. 8.*

Idem. Laomedontiaden Priamum Salamina peten- *Aen. 8.*
tem.

Idem. Noctes atque dies patet atri ianua Ditis. *Aen. 6.*

EXCEPTIO II.

N Omina, Ix, vel yx, syllaba finita, penulti-
mam genitiui habent longam, vt: *Felix,*
bombyx bombycis.

Virg. *V. uite felices, quibus est fortuna paracta* *Aen. 1.*
Iam sua.

EXCEPTIO III.

I Breue seruarunt histrix, cum fornice, va-
rix,

Coxendixque, Cilix, chœnix, natrixque, calix-
que,

Atque calyx Danaum, nectes Erycemque, niuem-
que,

Sardonychi sociatur onyx, pix hæret vtri-
que,

Et salices, filices, larices: sit Bebricis anceps:

Sed breuibus iunges, in Cis cum patrius exit:

Coccyx coccygis, Mastix, mastigis amabit.

Lucanus. Armenios, Cilicasque, feros, Taurosque, subegi. *Lib. 2.*

Idem. Nunc pice, nunc liquida rapuere incendia ce- *Lib. 3.*
ra.

O In-

O.

O Incrementum singulare tertiæ declinationis, longum est, vt:

Vnio, Sol, Telamon, candor, vox atque sacerdos:

Met. 2. Ouid. Regia Solis erat sublimibus alta columnis.

EXCEPTIO I.

GRæca in On, quæ in obliquis habent Omicron corripuntur, vt: *Philemon, Palamon, Sindon, Agamemnon, Iason, Amazon*, & multa alia, quæ vsu sunt discenda.

Aen. II. Virgil. Pulsant, & pictis bellantur Amazones armis.

Latini internum N. literam omittunt, vt: *Macedo, Macedonis, Agamemno, Agamemnonis.*

Theb. II. Statius. Conclamant Danai, stimulatq; Agamemno volentes.

Quæ verò per omega scribuntur, longa sunt, vt: *Simon, agon, Sidon, Solon, &c.*

EXCEPTIO II.

Genitiuis in oris à nominibus Græcis & Latinis neutris, præter os oris; penultimam habet breuem, vt: *Nestor, marmor, ebur, corpus*; quibus adduntur *marmor, arbor, lepus*, & ex πῆς ποδός, *pus pudos* composita vt *tripus*.

Item,

LIBER III.

Item, bos, compos, & impos.

Ouid. Qui licet eloquio fidum quoq; Nestora vincat.

Meta. 3.

Virg. Sic vos non vobis fertis aratra boues.

In Epig.

EXCEPTIO III.

COrripiunt etiam Cappadox, præcox, & quæ consonantem habent ante s, vt: *Scrobs, Aethiops, Dolops*: præter *Cyclops, Cercops, hydrops.*

Martialis. Cappadocum sauis Antistius occidit oris Lib. 9.

Rusticus, ô tristi crimine terra nocens.

Virgil. Hic Dolopum manus, hic sauis tendebat Aen. 2.

Achilles.

Ouid. Tela reponuntur manibus fabricatâ Cyclopum Meta. 1.

Ṽ.

VIncrementum tertiæ declinationis, breue est, vt:

Dux, Ligus, & pecus, intercus, cum præfuletur.

Virg. Magnanimosq; duces, totiusq; ex ordine gentis Geor.

Mores, & studia, & populos, & prælia dicam.

4.

EXCEPTIO.

Interrogandi casus vdis, vris, vtis penultimam habent longam, vt: *palus, paludis, tellus telluris, fur furis, virtus virtutis.* Quibus addenda sunt *Pollux, Lux, & frugis, frugi, & cæteri obliqui.*

Virg.

GRAMM. INSTIT.

*Eclog. 3. Virg. Quid domini facient, audent cum talia fures?
Tibul. Luce sacra requiescit humus, requiescit arator.*

DE INCREMENTO PLURALI nominis.

PEnultima genitiui, vel datiuī pluralis numeri, dicitur incrementum plurale, cum vterque casus longior est nominatiuo eiusdem numeri, vt: *Muse, Musarum: Ambo, Ambozum, ambobus: Qui, quorum, quibus: Res, rerum, rebus.*

PRAECEPTVM I.

A, E, O, incrementa multitudinis, longa sunt vt: *Quarum, harum, ambabus: Rerum, rebus, Horum, quorum.*

*De Pontico +.
Aen. 1.*

*Ouid. Cum tamen à turba rerum requieuerit harum,
Ad vos mansuetas porriget ille manus.
Virgilius, At capis, quorum melior sententia menti.*

PRAECEPTVM II.

I, & V, incrementa multitudinis corripuntur, vt: *Quibus, tribus, montibus, lacubus.*

*Eclog. 5. Virg. Montibus in nostris solus tibi certet Amyntas,
Fast. 4. Ouid. Praemia de lacubus proxima musta tuis.*

DE

DE VERBORVM INCREMENTO.

QVIV SIT INCREMENTVM

Verbi.

Secunda persona singularis, modi indicatiui; norma est, ad quam verborum incrementa diriguntur: cui si verbum sit æquale, nullum erit incrementum vt: *Amat, Amant*: quia dissyllaba sunt, sicut *Amas*, quæ norma & regula est incrementorum. nullum habent incrementum. Sin verbum longius sit vna syllaba, vnum habebit incrementum, vt, *Amamus, amatis*, quorum penultima incrementum est: nam vltima nunquam dicitur incrementum. Si duabus syllabis norma superetur, duo erunt incrementa, vt: *Amabitis, amabimus*. Si tribus, tria, vt: *Amaueritis, Amauerimus*. Si denique quatuor, totidem erunt incrementa: vt: *Audiebamini*.

In verbis deponentibus fingenda est vox actiua, ad quam verborum incrementa dirigantur. Vltima syllaba, vt modò diximus, nūquam est incrementum: prima verò est, si norma ipsa sit monosyllaba, vt: *Das, Fles. Damus, datis, dabam, dare,* & cætera dissyllaba vnum habent incrementum: eodem modo, *flemus, fletis: flebam, flere* &c.

PRÆ

GRAM. INSTIT.
PRAECEPTVM I.

A, in omni verborum incremento; producitur, ut: *stabam, stāres, properamus, docebamus, audiebamini, &c.*

Aen. 2. Virgili. Troiaq; nunc stāres, Priamiq; arx alta maneres.

Met. 10. Ouidius, Serius, aut citius metā properamus ad vnam.

EXCEPTIO.

A, primum duntaxat incrementum verbi Do, das, corripitur, ut: *Damus, dabunt, dare: ob quam causam pronunciamus, circundamus, circundabunt, circundare, Venundabo, venundare, & cætera penultima breui.*

Aen. 2. Virg. His lachrymis vitam damus, & miserescimur vltro.

Meta. 1. Ouid. Iussit & ambitæ circundare littora terra.

PRAECEPTVM II.

E, in omnibus verborum incrementis, producitur, ut: *Flebam, rebar, lacereris, docerem, legerunt.*

Fast. 1. Ouid. Flebat Aristæus, quod apes cum stirpe necatas, Viderat inceptos destituisse fauos.

Aen. 6. Virgilius, Sic equidem ducebam animo, rebarque futurum.

Lib. 1. Mart. De dale Lucano cum sic lacereris ab vrso, Quam cuperes pennas tunc habuisse tuas.

Ex-

L I B E R I I I .
E X C E P T I O I .

E, ante R, breue est in quouis præsentis, & imperfecto tertiæ coniugationis, vt: *Cognoscere, legerem, legeremus, legeris vel legere. Nisi sit ante re-*

ris vel rere, vt: loquereris, prosequerere.

Virg. Incipe parue puer risu cognoscere matrem.

Mart. Illud, Laurigeros ageres cum lata triumphos,

Hoc tibi Romæ caput, cum loquereris, erat.

Ouidius, Tantane te fallax cœpere obliuia nostri,

Afflictumq; fuit tantus adire timor,

Vt neque respiceres, nec solarere iacentem,

Dure, nec exequias prosequerere meas?

Eclog. 4.

Lib. 3.

Trist. 1.

E X C E P T I O I I .

E, ante ram, rim, ro, corripitur, vt: *Amaueram amuerim, amauero: feceram, fecerim, fecero. De cæteris personis idem esto iudicium. Amaueris, amauerit, amauerimus, amaueritis. Fecerimus, feceritis.*

Ouid. Fecerat exiguas iam sol altissimus umbras,

Met. 3.

P R A E C E P T V M I I I .

Beris, & Bere, semper corripitur, vt *Celebraberis, vel celebrabere, mordeberis, vel mordeberere.*

Aeneid. 8.

Virg. Semper honore meo, semper celebrabere donis

Ouidius. Tu caue defendas, quamuis mordebere di-

stis.

Trist. 3.

C

AP.

Poetæ in præterito Indicativi E, literam antè
terunt syllabam, pro suo iure interdum cor-
ripiunt.

Aeneid. 3. Virgilius. *Obstupui, steteruntque coma, & vox faucibus hæsit.*

Epist. 1. Horat. *Dij tibi diuitias dederunt, artemq; fruendi.*

Lib. 8. Silius. *Terruerunt pauidos accensa Cerealia nau-
tas.*

PRAECEPTVM III.

E. in quorũ verborum incremento corripitur,
vt: *Linquimus, amabimus, audieturamini.*

Aeneid. 3. Virgilius. *Linquimus Origia portus, pelagoq; vola-
mus.*

EXCEPTIO.

Penultima præteriti in iui lōga est. vt: *Petiui.*
Et primum incrementum quartæ coniuga-
tionis, vt: *Ibam, ibo, ito, subimus, venimus, reperi-
mus presentis temporis.*

Aenei. 2. Virg. *Cessi, & sublato montem genitore petiui.*

Aenei. 6. Idem. *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.*

Aenei. 3. Idem. *Iungimus hospitio dextras, & tecta subimus.*

Hæc etiam, I; longum habent, *Nolito, noli-
te, nolimus, nolitis, velimus, velitis, simus, si-
tis, & quæ ex ipsis componuntur, vt possimus,
Ouid.*

L I B E R I I I .

Quidius, *Et documenta damus qua simus origine na- Meta. I.*
ti.

Idem. *Si quis, ut in populo, qui sitis, & vnde, requi- De Ponto*
rat. 4.

A P P E N D I X I .

IMus, in preterito penultimam corripit, ut: *vee-*
nimus, reperimus, comperimus.

Virg. Non nos aut ferro Libyco populare penates Aen. I.
Venimus, aut raptas ad littora vertere pradas.

A P P E N D I X . I I .

Tempora Coniunctivi modi syllabis rimus, &
ritis finita, habeantne penultimam breuem, an
longam

Grammatici certant, & adhuc sub indice lis est.
non solum recentiores, sed etiam veteres. Deome-
des enim docet praeteritum breue esse, futurum ve-
rò longum. Probus utrumque longum esse affirmat.
Quare cum versus facies, poetas optimos imitabe-
ris; qui ri syllabam modo corripunt, modo pro-
ducunt, prout versus postulat. Sin tibi aliquid re-
citandum erit, ne sermonem des auditoribus, con-
suetudini regionis servies.

P R A E C E P T V M I V .

O, in verborum incrementis semper producitur,
ut: Facitote.

C 2

Quid.

GRAMM. INSTIT.

Meta. 5. Ouid. Cumque loqui poterit, matrem facitote salutet.

V, in verborum incrementis ubique corripitur, ut: *Sumus. possumus. volumus.*

Epist. 1. Horat. Nos numerus sumus, & fruges consumere nati.

Ibid. Idem, Si patria volumus, si nobis vivere cari.

DE VLTIMIS
SYLLABIS.

Syllabæ quæ ultimum 'ocum tenent, partim positione, ut: *prudens, præcox.* partim diphthongo, ut: *Musæ:* partim priuatis præceptionibus cognoscuntur, de quibus nunc agendum est.

A, in fine.

A, finita longa sunt, ut: *Memora, contra, ultra, antea, triginta, quadraginta, &c.*

Aen. 1. Virg. *Musa mihi causas memora, quo numine laeso.*

Ibid. Idem. *Aeolus hæc contra: Tuus à Regina quid optes
Explorare labor, mihi iussa capeffere fas est.*

Aen. 8. Idem. *Triginta capitum foetus enixa iacebit.*

EXCEPTIO I.

Corripi, Eia, ita, postea, quia. item casus omnes in A, ut *Anchora, vela.* præter ab-

LIBER III.

ablatiuum, vt: de prora, & vocatiuos Græcos, vt:
ò Aenea ò Atla, Calcha, Palla.

Virg. Non ita me experti Bitias, & Pandarus in- Aen. 11.
gens.

Idem. Anchora de prora iacitur, stant littore puppes. Aen. 3.

Idem Tendunt vela Noti, fugimus spumantibus vn- Ibid.
du.

Idem. Non hæc ò Palla dederas promissa parenti? Aen. 11.

Idem. Quid miserum Aenea laceras? iam parce se- Aen. 3.
pulto.

R in fine.

E, litera finita corripuntur, vt: *Nate, fuge, po-*
nè, facilè, penè, nempè.

Virg. Hen fuge nate Dea, teq, his, ait, eripe flammis. Aenei. 2.

Idem. Pene simul tecum solatia rapta Menalca. Eclog. 9.

Martial. Lege nimis dura conuiuam scribere versus. Lib. 9.

Cogis, Stella: licet scribere, nempè malos.

EXCEPTIO I.

Producuntur omnia primæ & quintæ de-
 clinationis: *Anchisiades ò Anchisiade, Calliope,*
re, die, & quæ inde oriuntur, vt: quare, dodie,
quibus adde fame, cere, tempè.

Virg. Tros Anchisiade facilis descensus Auerni. Aenei. 6.

Idem. Vos, ò Calliope, precor adspirate canenti. Aenei. 7.

Martial. Non venias quare tam longo tempore Ro- Lib. 10.
man.

Lucan. Aut hodie Pompeius erit miserabile nomen. Libr. 7.

GRAMM. INSTIT.

Aen. 6. Virgilius. *Obijcit, ille fame rabida tria guttura pandens.*

EXCEPTIO II.

Item, verba imperativi modi, numeri singularis, secundæ declinationis, ut, *Vide, habe.*

Epist. 1. Horatius. *Vade, vide, caue ne titubes, mandat aque frangas.*

Lib. 10. Martialis. *Quæ tua sunt, tibi habe: quæ mea, redde mihi.*

Caue, ferè corripitur.

Trist. 1. Ouid. *Tu caue defendas, quamuis mordebere dictis.*
Idem produxit alibi.

Met. 2. *Nate caue, dum resque sinit, tua corrige vota.*

Sunt etiam longa monosyllaba, ut; *me, te, se.*
Exceptis coniunctionibus encliticis, *Que, ne, ve,* Et syllabicis adiectionibus *Pte, Ce, Te,* ut;
Suapte, hilce, tute.

Aen. 1. Virgilius; *Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?*

Epist. 1. Horatius. *Neve putes alium sapiente borog, beatum.*

Ser. 1. Horatius. *Hinc omnia pendet Lucilius hosce sequutus.*

Sat. 4. Lucret. *Accipe præterea, quæ corpora tute necesse est*

Lib. 1. *Confiteare.*

EXCEPTIO III.

Longa præterea sunt. *ferè, fermè, obic,* & aduerbia à nominibus secundæ declinationis profecta, ut *placidè, valdè, minimè, summè, præter benè & malè.*

Iuue

LIBER III.

Iuue. *Nulla ferè causa est, in qua non fœmina litem Mouerit.* Sat. 6.

Idem. *Mobilis & varia est fermè natura malorum.* Sat. 3.

Mart. *Ohe iam satis est, Ohe libelle.* Lib. 4.

Idem. *Excipe sollicitos placidè, mea dona, libellos.* Lib. 9.

Idem. *Nil benè cum facias, facis attamen omnia bel-
lè.* Lib. 2.

Horat. *Et malè tornatos incudi reddere versus.* In Arte.

A P P E N D I X.

Facilè etiam cum est aduerbium, corripitur: nam adiectiua tertiæ declinationis, cum in aduerbium transeunt, vltimam habent breuem, vt: *sublimè, suauè, stultè.*

Virgilius. *Cantantes sublimè ferent ad sidera cygni.* Eclog. 9.

Virgilius. *Ipse sed in pratis aries iam suauè rubenti
Murice.* Eclog. 4.

I, in fine.

I, vocali terminata, longa sunt, vt: *classi, fieri.*

Virgilius. *Sic fatur lacrymans, classique immittit
habenas.* Aeneid. 6.

Martialis. *Quam vellem fieri meus libellus.* Lib. 8.

E X C E P T I O I.

COrripenisi, quasi; & Græca, quæ in I, vel Y, exeunt, vt; *Palladi, Daphni, moly.*

Ouidius. *Quid nisi, Pierides, solaita frigida restant?* De Pont

Martialis. *Cum dixi ficus, rides quasi barbara verba.* 4.

Stattius. *Palladi littorea celebrabat Scyros honorum,
Fortè diem.* Lib. 7. 2

Achil

C 4

Virg.

GRAMM. INSTIT.

Eclog. 9 Virgilius, *In fere Daphni pyros: carpent tua poma ne potes.*

Met. 14. Ouid. *Moly vocant Superi, nigra radice tenetur.*

EXCEPTIO II.

Mihi tibi, sibi, vltimam habet communem, ibi, vbi, cui, cum dissyllabum est, frequentius corripuntur.

Aen. 8. Virg. *Post mihi non simili poena commissa luetis.*

Ecl. 10. Idem. *Extremum hunc Arethusa mihi concede laborem.*

Libr. 1. Mart. *Sed norunt cui seruiant leones.*

Lib. 7. Idem. *Me legit omnis ibi senior, iuuenisq, puerq,*

In Epo Horat. *Reddit vbi Cererem tellus inarata quot annis.*

O, in fine.

O, finita, ambigua sunt, vt: *Quando, vigilando, nolo.*

Lib. 5. Mart. *Nolo mihi ponas rhombum, mullumve bilibrem, Nolo boletos, ostrea nolo: tace.*

EXCEPTIO I.

Excipemonosyllaba, vt: O, do, sto: Dativos & ablativos, vt, *Somno, tuo*: item Græca, quæ habet omega, vt, *Androgeo, Atho, Clio, Alecto,* & cætera eiusdem generis, quibus accedit. Ergo pro causa,

Aen. 2. Virg. *O lux Dardanea, spes o fidissima Teucrum.*

Idem

LIBER III.

Idem. Inuadunt urbem somno, vinoque sepultam. Ibid.
Idem. Luctificam Alecto dirarum ab sede sororum, Aen. 7.
Infernisque ciet tenebris.

EXCEPTIO II.

Item Aduerbia à nominibus orta, vt, *subitò,*
meritò, maltò, quibus adduntur, *adeò, ideò.*
 Hinc rursus excipiuntur, *modò, quomodò,*
dummodò, postmodò, citò, imò, quibus acce-
 dunt, *scio, nescio, duo.*

Martial. Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis. Lib. 5.

Tam subitò coruus, qui modò cygnus eras?

Idem. Non habet ergo aliud? non habet imò suum. Lib. 6.

EXCEPTIO III.

Aduerbum serò, coniunctio verò, vltimã
 habent communem.

Mart. Pro meritis cœlum tantis, Auguste, dederunt Lib. 5.
Alcide citò dij: sed tibi serò dabunt.

Valerius Flac.--sin verò preces, & dicta superbus Lib. 1.
Respuerit.

Vin fine.

V, finita longa sunt, vt: *Manu, cornu, Panthu.*

Virg. Tela manu miseri iactabant irrita Teuceri. Aenei.

Idem, Iam cornu petat, & pedibus qui spargat are- Aen. 9.
nam.

C 5

Ouid.

GRAMM. INSTIT.

Mesa II. Ovidius. *Nec mora, curuauit cornu, neruoq³ sagittã
Impulit.*

Aen. 2. Virgilius. *Quores summa loco Phantu? quam pren-
dimus arcem?*

B, D, T, in fine.

B, D, T, literis terminata corripuntur, vt: *Ab-
quid, audiit.*

Aen. 8. Virg. *Tum pater Aeneas puppi sic fatur ab alta.*

Aen. 2. Idem. *Quidquid id est, timeo Danaos, & dona feren-
tes.*

Aen. 7. Idem. *Audiit & Triuia longè lacus, audiit amnis
Sulphurea Nar albus aquas, fontesque Velini.*

C, in fine.

C, litera finita, longa sunt, vt: *Sic, Hoc, Hic,*
aduerbium.

Aen. 3. Virg. *Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.*

Aen. 5. Idem. *Hoc Helymus facit, hoc cui maturus Acestes.*

Aen. 2. Idem. *Classibus hic locus, hic acies certare solebant.*

EXCEPTIO I.

Corripi donec, nec.

Trist. 1. Ovidius. *Donec eris felix, multos numerabis amicos.*

Ibid. Idem. *Parue, nec inuideo, sine me liber ibis in urbem.*

EXCEPTIO II.

Hic pronomen virile anceps est.

Aen. 6. Virgilius. *Hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius
audis.*

Idem.

LIBER III.

Idem. *Est hic, est animus lucis, contemptor, & ictum.*

Verbum Fac, tutius corripitur.

Martialis. *Signa rarius, aut semel fac illude.*

Lib. 5.

L, in fine.

L, finita brevia sunt, vt; *Asdrubal, semel, vigil, simul, Consul.*

Silius. *Vertit terga i itus damnatis Asdrubal ausis.*

Lib. 7. 1

Hōratius. *Quo semel est imbuta recens seruuabit odo-*

Epist. 1.

rem

Testa diu.

EXCEPTIO.

S Al, nil, sol, longa sunt. Item pleraque peregrina, vt; *Nabal, Daniel, Saul.*

Stadius. *Non sal oxyporumve, caseusve.*

Silu. 4.

Martialis. *Nil aliud video, quo te credamus amicum.*

Lib. 18.

Ouidius. *Vlterius spatium medio Sol altus habebat.*

Met. 2.

M, in fine.

M, finita, priscis temporibus corripiebantur, neque à sequenti vocali, vt modò fit, excipiebantur, quòd etiam nunc in compositis verbis cernitur.

Ennius. *Insignita ferè tum millia millium octo*

Æn. 10.

Duxit delectos bellum tolerare potentes.

Iuuenalis. *Quòd te circum agas? quæ prima, aut vltima ponas?*

Satyr. 9.

N, in

N, in fine.

N, litera finita longa sunt, vt: *Sin, Titan, Siren, Salamin, Actæon*, & cætera tertiæ declinationis quæ in *On* exeunt.

Aen. 1. *Virg. Sin absumpta salus, & te pater optime Teucrûn.*

Lib. 1. *Lucan. Vnde venit Titan & nox vbi sydera condit.*

Met. 3. *Ouid. Actæon ego sum, dominum cognoscite vestrum.*

Item, accusatiuus Græcus nominum in *As, Es, E*, vt: *Aenean, Anchisen, Calliopen*, Græcus itidem genitiuus multitudinis cuiusuis declinationis, vt: *Cimmeriôn Epigrammatôn.*

Aen. 2. *Virgilius. Et sauum Aenean agnouit Turnus in armis.*

Aen. 3. *Idem, Amitto, Anchisen: hic me pater optime fessum Deseris.*

Lib. 4. *Tibul. Cimmeriôn etiam obscuras accessit ad oras.*

EXCEPTIO I.

Corripi *An, in, forsan, forsitan, tamen, at, tamen, viden*, item, *En*, syllaba finita, quæ faciunt genitiuo inis, vt: *Nomen, lumen, flumen.*

Aen. 2. *Virg. Forsitan & Priami fuerint quæ fata requiras.*

Aen. 1. *Idem. Hic tamen ille urbem Patavi sedesq; locauit.*

Theb. 3. *Stat ---- ferrumque quod amens*

Ipsa dedit viden, vt iugulo consumpserit ensem.

Fast. 2. *Ouid. Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes.*

EX

LIBER III.

Corripiuntur etiam Græca in On. quæ ad
secundam nostram declinationem spectant,

vt Pelion, Ilion, Erotion.

Ouid. Ilion, & Tenedos, Simoisque & Xanthus, &
Ida.

In Epist.

Mart. Pallida nec nigras horrescat Erotion umbras.

Omnes deniq; accusandi calus, quia nominibus
ultimam breuem habentibus proficiscuntur, vt

Lib. 5.

Scorpion, Thetin, Ityn Maian, Aegynan.

Lucan. Scorpion incendis cauda chelasq; peruris,

Ouid. Tantaque nox animi est, Ityn huc accersite, di-
xit.

Lib. 1.

Met. 7.

Stat. Namq; ferunt raptam patrijs Aeginan ab vndis
R. In fine.

Theb. 7.

R, litera terminata, corripiuntur, vt: Amilcar
semper, semiuir, cor, precor, Hector, turtur.

Silius. At senior Siculis exultat Amilcar in armis.

Vir. Semper honos, nomenque tuum, laudesque mane-
bunt.

Lib. 2.

Aen. 1.

Lucan. In seruisse manus impure ac semiuir audes?

Ouid. Molle cor ad timidas sic habet ille preces.

Lib. 8.

Iuuenal. Tolle tuum precor Annibalem, victumque
Syphacem.

Trist. 5.

Satyr. 6.

Ouid Inferias dederat cum fratribus Hector inanes.

Virg. Nec gemere aerea cessabit turtur ab vlimo.

Ecol.

EXCEPTIO.

Producito, Cur, far, fur, Iber, Lar, nar, ver,
par, cū compositis, vt: Cōpar, dispar, & impar.

GRAMM. INSTIT.

& Græca quæ faciunt genitiuo eris, vt *Aer, ather, crater.*

- In arte.* Horat. *Descriptas seruare vices, operumq; colores,
Cur ego sinequeo, ignoroq; poëta salutor?*
Lib. 5. Mart. *Callidus effracta nummos fur auferet arca.*
Lib. 6. Lucanus. *Si tibi durus Iber, aut si tibi terga dedisset
Cantaber.*
Se. 2. Horat. *Ludere par, impar, equitare in arundine lon-
ga.*
Sat. 3.
Aene. 6. Virg. *Largior hic campos ather & lumine vestit.*

APPENDIX.

Celtiber, à Martiale libro 10. corripitur.
Ducit ad auriferas quod me Salo Celtiber oras.

As, in fine.

- As, syllaba finita longa sunt, vt: *Aeneas, Pallas, a-
lantis: fas, nefas.*
Aen. 10. Virg. *AENEAS ignarus ab est, ignarus & absit.*
Ibid. Idem. *Tela, manusq; sinit: hinc Pallas instat, & vrget.*
Georg. 3. Idem. *Quippe, etiam festis quadam exercere diebus
Fas, & iura sinunt.*
Satyr. 13. Iuuen. *Credebant hoc grande nefas, & morte pian-
dum,
Si iuuenis vetulo non assurrexerat.*

EXCEPTIO.

Corripi Græca, quorum genitiuus exit in Adis,
vt: *Arcas, Pallas, Palladis.*

Item, accusatiuos tertie declinationis nomi-
num

LIBER III.

num Græcorum, vt: Troas, Delphinas, Heroas,
Ouid. Pallas anum simulat, falsosque in tempora ca- Meta. 6.
nos Addit.

Mart. Cum quibus Alcides, & pius Arcas erat. Lib. 9.

Ouid. In te fingebam violentos Troas ituros. In epist.

Virg. Permistos Heroas, & ipse videbitur illis. Eclog. 4.

Es, in fine.

Es, syllaba terminata longa sunt, vt: Anchises, lo-
cuples, quoties, octies, decies, tricies, & cetera.

Virg. Anchises alacris palmas vtrasque tetendit. Aeneid. 6.

Martial. Orbuses, & locuples, & Bruto consule na- Lib. 11.
tus.

Idem. Dicere tu lassum quoties ego credo Quirino? Lib. 10.

Idem. Vno nasceris octies in anno. Lib. 8.

Idem. Aegrotas vno decies, aut saepius anno. Lib. 12.

EXCEPTIO I.

Corripi nomina tertiæ declinationis, quæ
crescunt in obliquis penultima breui, vt:
Dives, eques, hospes, pedes.

Virg. Insula dives opum, Priami dum regna mane- Aeneid. 2.
bant.

Idem. Obuius armato ceu cum pedes iret in hostem. Aeneid. 6.

Præter Abies, aries, Ceres, paries, pes, cum com-
positis, vt: cornipes, somipes.

Virg. Populus in fluuiis, abies in montibus altis. Eclog.

Lucan. Non aries illis, non illa est machina belli. Libro 8.

Virg.

GRAMM. INSTIT.

- Georg. 2.* Virg. *Flava Ceres alto nequisquam spectat Olympo.*
Meta. 6. Ouid. *Nec pes ire potest, intra quoque viscera saxum est.*
Aen. 4. Virg. *Stat sonipes, & frena ferox spumantia mandit.*

EXCEPTIO II.

ES, à verbo Sum, etiam breue est, & ex eo composita, vt: *potes, ades*: item *penes*: & Græca neutra in Es, vt: *Cacoethes*.

Prætereà nominandi, vocandique casus Græcorum, vt: *Arcades, Troes*.

- Aen. 2.* Virg. *Quisquis es, amissos iam hinc obliuiscere Graios.*
Lib. 6. Mart. *Tu potes & patria miles & esse deus.*
In arte Horat. *Quem penes arbitrium est, & ius & norma loquendi.*
Sat. 1. Iuuenalis --- *tenet insanabile multos Scribendi cacoethes, & agro in corde senescit.*
Aen. 10. Virg. *Arcades insuetas acies inferre pedestres.*
Aen. 1. Idem. *Egressi optata potiuntur Troes arena:*

Is, vel Ys, in fine.

Is, vel Ys, finita corripuntur, vt: *Apis, inquis, ais, Thetis, Tiphys, Itys*.

- Met 13* Ouid. *Non apis inde tulit collectos sedula flores.*
Lib. 5. Mart. *Non est, inquis, idem, multò plus esse probabo.*
Sat. 4. Persius, *Hunc ais? hunc dijs iratis genioq; sinistro.*
Accl. 1. Stat. *Iam dudum tacito lustrat Thetis omnia visis.*
Ech. 4. Virgil. *Alter erit tum Tiphys, & altera quæ vehat Argo. Delectos Heroas.*

LIBER III.

EXCEPTIO I.

EXcipe casus omnes multitudinis, vt: *Viris, ar-
mis, Musis, nobis, vobis. Quis pro quibus, omnis, vr-
bis.*

Item, *Glis, vis* nomen & verbum. *Velis, Sis, cū*
compositis, vt *quamuis, nolis, ad sis.*

Et secundas personas numeri singularis, modi
indicatiui, quartæ coniugationis, vt: *Nescis, sentis.*

Virg. Præsentemq; viris intentant omnia mortem. Aen. I.

Lucan. Plus illa vobis acie quam creditis actum est. Lib. I.

Virg. ô terq; quaterq; beati, Aen. I.

*Quis ante ora patrum Troia sub mœnibus alta
Contigit oppetere.*

Idem, Non ea vis animo, nec tanta superbia victis. Aen. I.

Mart. Iam satis est, non vis Afer auere, vale. Lib. 9.

*Lucan. Quamuis Hesperium mundi properemus in
axem. Lib. 3.*

Mart. Nescis, heu nescis domina fastidia Roma. Lib. I.

EXCEPTIO II.

Longa præterea sunt, quorum genitiuus exit
in *Inis, Entis, Itis* penultima longa, vt: *Salamis,
Simois, Samnis, lis.*

Ouid. Hac ibat Simois, hic est Sigeia tellus. In epist.

*Horatius. Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis in Arte.
est.*

Os, in fine.

Os, finita longa sunt, vt: Os oris, Erectos.

D

Tros,

GRAMM. INSTIT.

Tros, Minos, Heros, Athos, Androgeos, & cætera quæ
per ω scribuntur.

Meta. 1. Ouid. Os homini sublime dedit, cœlumq; videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Aen. 6. Virg. Tros Anchisiade, facilis descensus Auerni.

Aen. 11. Idem. Primus se Danaum, magna comitante cater-
ua

Androgeos offert nobis, socia agmina credens.

EXCEPTIO.

Aen. 6. **C**orripe Os oſis, compos, & impos, & Græca
neutra, vt Chaos, Melos, Argos.

Virgilius. & Chaos & Phlegeton loca nocte silentia la-
tè.

Item os finita, quæ ad secundam latinam decli-
nationem transeunt, vt: Tyros, Arctos, Ilios.

Lib. 3. Lucan. Et Tyros instabilis, pretiosaq; murice Sidon.

Lib. 9. Mart. Nescia nec nostri nominis Arctos erat.

Omnes denique interrogandi casus, à quibus-
cunque rectis proficiscantur, vt: Arcados, Pallados,
Typhæos, Tethyos, Tereos.

Meta. 1. Ouid. Arcados hinc sedes, & inhospita tecta Tyranni
Ingredior.

Fast. 4. Ouid. Alta iacet vasti super ora Typhæos Aetna.

Lib. 1. Lucan. Tethyos vnda vagæ lunaribus aestuet horis.

Vs, in fine.

VS, syllaba terminata breuia sunt, vt: Littus,
intus, sensibus. Et nominandi vocandique ca-
sus singulares quartæ declinationis, vt: domus, ma-
nus.

Virg.

LIBER III.

Virgilius. Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum. Aen. 3.

Idem. Apparet domus intus, & atria longa patefcunt. Aen. 2.

Idem. Hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achilles. Ibidem.

EXCEPTIO.

Excipe monosyllaba, vt: plus, rus, thus.

Lucan. Plus illa vobis acie, quam creditis, actum est. Lib. 1.

Et quæ crescunt in obliquis penultima longa, vt: Salus tellus, palus, & nomina quartæ declinationis, præter casus ante dictos, vt: aditus, vultus.

Ouid. Mox etiam fruges tellus inarata ferebat. Meta. 1.

Idem. Iuncta palus huic est densis obsessa salictis. Met. 11.

Mart. Hos aditus urbem Martis habere decet. Lib. 8.

Denique Græca nomina, quorum genitiuus exit in vntis, vt: Opus, Amathus, & quæ ex ω&ς ω&δ&ς Pus podos componuntur, vt: Tripus, Melampus, quæque ex ο&ς contrahuntur, vt Panthus ex Panthoos, item genitiuus à fœmininis in o, vt: Manto, Mantus, Chio, Chius. &c.

Virgilius. Est Amathus, est celsamihî Paphus atque Cythera. Aen. 10.

Idem. Panthus Otriades Arcis Phœbique sacerdos. Aen. 2.

Idem. Fatidicæ Mantus, & Thusci filius amnis. Aen. 10.

Huc etiam Iesus sacrosanctum Domini atque Redemptoris nostri nomen spectat.

APPENDIX.

GRAMM. INSTIT.

VS, finita non contracta, ab Os syllaba profecta corripuntur vt: Pamphagus, Oribasus, Polypus, quorum vitimum Aeoles per Os scribunt, $\omega\acute{o}\lambda\upsilon\tau\omicron$, vnde à Latinis per vs effertur, vitima breui.

Meta. 3. Ouid. Pamphagus, & Dorceus, & Oribasus, Arcades omnes.

In Epod. Horatius. Polypus, an grauis hirsutis cubet hircus in alis.

DE SYLLABA
COMMUNI.

Communis syllaba vt suprà diximus, est quæ modò breuis, modò longa apud Poetas reperitur.

PRAECEPTVM I. DE
syllaba communi.

ET diphthongus & vocalis longa communes fiunt, cum vocalem diuersæ dictiones præcedunt.

BREVES.

Aen. 3. Virg. Insula Ionio in magno: quas dira Celeno.

Aen. 5. Idem. Victor apud rapidum Simoenta sub Ilio alto.

Eclog. 8. Idem Credimus? an qui amant, ipsi sibi somnia fingunt?

Ter. Sat. Hora. Si me amas, inquit, paulum hic ades: intereã, s' aut valeo stare, aut noui ciuilia iura.

Pro-

LIBER III.

Propert. Tu quoque ô Eurition vino Centaure peristi. Lib. 2.

LONGAE.

Virgilius. Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur, Georg. 1.
 Idem. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsutæ. Eclog. 7.
 Item Lamentis gemituq; & sœmineo vlulatu Aen. 4.
 Tecta fremunt.
 Idem. Et succus pecori, & lac subducitur arnis. Eccllog. 3.
 Iuuen. Qui cœlum terris non misceat, & mare cœlo, Satyr. 2.
 Si fur displiceat Verri? homicida Miloni?
 Ouidius. O ego quantum egi: quàm vasta potentia nostra Met. 2.
 est.

BREVES ET LONGAE IN
 eodem versu.

Virg. Glaucos, & Panopea, & Inoo Melicerta. Georg. 1.
 Idem. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. Ibidem.

PRAECEPTVM II.

Monosyllaba breuia interdum à poetis, more Græcorum, producuntur.

Virg. Læminaq; laurusq; Dei, totusq; moueri. Aen. 3.
 Iuuenalis Et animam, & mentem, cum qua dÿ nocte loquuntur. Satyr. 6.

PRAECEPTVM III.

Syllaba breuis post quatuor primos pedes maximè secundum & tertium, relicta, nonnunquam à poetis producitur.

P 3

SYL.

GRAM. INSTITVT.
SYLLABA BREVIS POST
primum pedem producta.

- Aen. 4.* Virg. Pectoribus inhians spirantia consulit exta.
Aen. 11. Idem. Oratis? equidem & viuis concedere vellem.
Satyr. 6. Iuuen. Quis nescit? aut quis non vidit vulnera pali?
Lib. 6. Mart. Meq³ sinus omnis, me manus omnis habet.

POST SECVNDVM.

- Aen. 2.* Virg. Hic primum ex alto delubri culmine telis
Aen. 5. Nostrorum obruimur: oriturque miserrima cades
Aen. 10. Idem Emicat Euryalus, & munere victor amici.
Idem. Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit
Achil. 2. ensis.
Stat. Nunquam senex Tethidi Protheus praedixerat
vda
Lib. 14. Martialis. Det tunicam diues: ego te praecingere pos-
sum
Lib. 7. Idem. Maximus ille tuus, Ouidi, Casonius hic est.

POST TERTIVM.

- Aen. 5.* Virgilius. Ostentans artem pariter, arcumque sonan-
tem.
Aen. 3. Idem. Dona dehinc auro grauia, sic quoque elephanto
Imperat ad naues ferri.
Aen. 12. Idem. Congredior, fer sacra pater, & concipe fœ-
dus.
Achil. 2. Stat. Ne qua det indignos Thetidi captiua nepotes.

POST QVARTVM.

- Aen. 10.* Virgilius. Graius homo infectos linquens profugus
Hymenæos.

Idem

LIBER III.

Idem. Ille latus niueum molli fultus hyacintho.

Eclog. 6.

Idem, Muneribus, tibi pampineo grauidus autumnus.

Georg. 2.

ADMONITIO.

His tribus præceptionibus non in suis componendis, sed metiendis veterum Poetarum carminibus vtentur tyrones.

PRÆCEPTVM IV.

VOcalis breuis ante mutam & liquidam eiusdem dictionis, vt supra dictum est, communis est in carmine, quamuis in soluta oratione semper corripitur, vt: *Atlas, volucris, Cleopatra, Patroclus, lugubris, funebris.*

Ouid. Tempus Atla veniet, tua, quo spoliabitur auro. Met. 4.
Arbor.

Virgilius -- Citbara erinitus Iopas

Aen. 1.

Personat aurata, docuit quæ maximus Atlas.

Idem. Cum tacet omnis ager, pecudes, pictæque volucres.

Aen. 4.

Idem. Assuetæ ripis volucres, & fluminis alueo.

Aen. 7.

APPENDIX.

Syllaba natura longa, nunquam corripitur, etiam si muta cum liquida sequatur, vt: *aratrum, volutabrum, inuoluturum, salubris, &c.*

Vltima syllaba versus communis est: Siquidem brevis pro longa ponitur:

Aen. 1. Virgil. *Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat aequor.*

Ibid. Idem. *Nate patris summi, qui tela Tiphoea temnis.*
Sextus enim pes spondeus est, qui ex duabus longis constat.

Lib. 9. Aut contra longa pro breui.

Mart. *Nobis non licet esse tam disertis,*
Qui musas colimus seueriores.

Vltimus namque pes Choreus est, qui ex longa constat & breui.

DE NECESSITATE Metrica.

Lex necessitasque metri cogit poetas, breues aliquando producere, velut cum sunt tres breues continuæ in carmine Heroico, quod in Italia, Priamide, Arabia, alijsque id genus vltu venit.

Aen. 1. Virgil. *Ibitis Italiam, portusque intrare licebit.*

Aen. 6. Idem. *Atque hic Priamidem laniatum corpore toto*
Deiphobum vidit.

Lib. 2. Propert. *Et domus intacta te tremit Arabia.*

Aut contra longas corripere, vt cum breuis inter duas longas est.

Satyr. 2. Iuuen. *Fugerunt trepidi vera ac manifesta canentem*
Stoicida.

Stoici-

LIBER III.

Stoicidæ dixit penultima breui necessitate metri constrictus, neque enim hexametrum carmen Creticum recipit, qui ex longa, breui, & longa constat.

DE LICENTIA POETICA.

POetæ, quibus semper potestas fuit, ut inquit Horatius, quidlibet audendi, nulla coacti necessitate, syllabis interdum pro suo iure abutuntur. Tulerunt enim, Dederunt, & nonnulla alia eius generis penultima correpta efferunt.

Virg. Matri longa decem tulerunt fastidia menses. Eclog. 4.

Horat. Dū tibi diuitias dederunt artemq̄, fruendi. Epist. 1.

DE PEDIBVS,

QVoniam de syllabis tum breuibus, tum longis, tum communibus dictum est, superest, ut de pedibus, qui ex ipsis syllabis, & de versu, qui ex pedibus constat, breuiter dicamus.

QVID SIT PES.

PEs est pars versus certo syllabarum numero atque ordine definita.

PEDES DVARVM syllabarum.

SPondeus constat ex duabus syllabis longis, ut:
Possu, omnes.

D s

Pyr

GRAMM. INSTIT.

Pyrrhichius ex duabus breuibus, vt: *Furor, Ruit,*
Choreus, seu vt alij vocant, Trocheus, ex longa
& breui. vt: *Arma, Vincor.*

Iambus ex breui & longa, vt: *Viros, Rogas.*

PEDES TRIVM SYLLA-
barum.

Mo'ossus ex tribus longis, vt: *Aeneas, contem-
dunt.*

Trochæus, siue Tribrachys ex tribus breuibus,
vt: *Facere, Tumidus:*

Dactylus ex longa & duabus breuibus, vt: *Cor-
pora, Traximus.*

Anapæstus ex duabus breuibus & longa, vt: *A-
nimos, Cupiunt.*

Bacchius ex breui, & duabus longis, vt: *Dolores,
Parabant.*

Antibacchius ex duabus longis, & breui, vt: *Au-
disse, Maturus.*

Creticus seu Amphimacer ex longa, & breui,
& longa. vt: *Maximos, Audiunt.*

Amphibrachys ex breui, longa, & breui, vt:
Cadebat, Poëma.

PEDES QVATVOR SYLLABA-
rum ex superioribus compositi.

Dispondeus constat ex duobus spondeis, vt:
Oratores.

Pro-

LIBER III.

Proceleusmaticus ex duobus Pyrrhichijs, vt:
Abiete

Dichoreus ex duobus choreis, vt, *Dimica-*
re.

Dijambus ex duobus iambis, vt, *Propinqui-*
tas.

Coriambus ex Choreo & iambo, vt: *Nobili-*
tas.

Antipastus ex iambo, & Choreo, vt: *Recusa-*
re.

Ionicus à maiore ex spondeo, & Pyrrhichio,
vt: *Calcaribus, cantabimus.*

Ionicus à minore ex Pyrrhichio & spondeo, vt:
Diomedes, Lacedamon.

PAEONES.

PAeones quatuor sunt, omnes ex tribus bre-
uibus, & vna longa constant, hac lege, vt pri-
mus primam habeat longam: secundus secun-
dam, tertius tertiam, quartus quartam.

Pæon 1. ex Choreo & Pyrrhichio, vt: *Aspicite,*
Temporibus.

Pæon 2. ex Iambo & Pyrrhichio, vt: *Potentia,*
docebimus.

Pæon 3. ex Pyrrhichio & Choreo, vt: *Anima-*
tus, moriamur.

Pæon 4. ex Pyrrhichio & Iambo, vt: *Calamitas,*
Obierant.

EPI-

GRAM. INSTIT.

EPITRITI, SEU HIPII
totidem sunt, sed superiori-
bus contrarij.

Epitritus I. ex Iambo & Spondeo, vt: *Repenti-
no, repugnarunt.*

Epitritus II. ex Choreo & Spondeo, vt: *Con-
ditores, comprobarunt.*

Epitritus III. ex Spondeo & Iambo, vt: *Discor-
dia, Clamaueras.*

Epitritus IV. ex Spondeo & Choreo, vt: *For-
tunatus, Pugnabamus.*

PEDES QVINQVE
syllabarum,

Quinque syllabarum pedes inusitati sunt, præ-
ter Dochimum, oratoriæ compositioni ma-
ximè appositum: constat ex Iambo & Cretico,
vt: *Reipublica, Perhorrescerent.*

DE VERSV.

Versus est oratio certo genere, numero, atq;
ordine pedum alligata.

CARMEN HEXAMETRVM
siue Heroicum.

Hexametrum carmen constat sex pe-
dibus, quorum quintus dactylus est,
Sextus

LIBER III.

sextus spondeus; reliqui dactyli, vel spondei.

Virgilius. Vrbs antiqua ruat multos dominata per an- Aen. 2.
nos.

APPENDIX.

Quintus pes nonnunquam spondeus est, unde versus spōdaicus appellatur, quo vel rei alicuius grauitas & amplitudo, vel ingens mæror, animique angor, vel aliud declaratur.

Virgilius. Cara Deūm soboles, magnum Iouis incre- Eclog. 4.
mentum.

Idem. Constitit, atque oculis Phrygia agmina circum- Aen. 2.
spexit.

PENTAMETRVM CAR-
men.

Pentametrum carmen, quod fere hexametrum comitatur, quinque pedes habet, quorum duo primi dactyli vel spondei, pro cuiusque arbitrio sunt, adiuncta syllaba longa, quæ cæfura vel semipes dicitur: cæteri perpetuo sunt dactyli, quibus semipes itidem adiungitur, vt ex utroque semipede quintus pes fiat: vel tertio loco est spondeus, qui alterius verbi fine, alterius initio constat, deinde duo anapæsti.

Ouidius. Omnia sunt hominum tenui pendentia De Pont.
filo, 4.

Et subito casu qua valere ruunt.

SEN A

GRAMM. INSTITVT.
SENARIVS IAMBICVS,
sive Trimeter iambicus Aca-
talectus.

Senarius iambicus, cum purus est & integer,
Somnibus in locis iambos habet.

Epod. Horatius. *Beatus ille, qui procul negotijs.* Omnes
sex pedes iambi sunt, totidem enim pedes sena-
rius admittit, vnde & nomen inuenit. Verum

In arte. *Tardior vt paulo grauiorque veniret ad aures,* vt Ho-
ratius ait, primo, tercio, & quinto loco sponde-
um, dactylum & Anapæstum recipit. Omnibus
etiam locis, Præterquam sexto, Tribrachyn po-
test recipere.

Ibid. Horat. *Pavidumq; leporem, & aduenam laqueo gruem
Iucunda captat præmia.*

DIMETRVM IAMBICVM
Acatalectum.

Dimetrum Iambicum quatuor recipit pedes:
secundo & quarto loco iambos: & primo &
tertio iambum, spondeum, dactylum, ana-
pæstum: potest etiam in omnibus, præter quartum
Tribachim admittere.

Epod. Hora *Has epulas, vt iuuat pastas oues
Videre properantes domum.*

Subscribitur hic versus interdum eleganter se-
nario iambico.

Lib. I. Mart. *Vir Celtiberis non tacende gentibus,
Nostraque laus Hispania.*

SCA-

LIBER III.

SCAZON SIVE CHO-
riambus.

SCazon semper quinto loco habet Iambum,
sexto verò Spondeum: cæteris omnibus cum
senario Iambico consentit.

*Mart. Extemporalis factus est meus Rhetor:
Calphurnium non scripsit, & salutavit.*

Lib. 5.

ANAPÆSTICVM DIME-
trium Acatalectum.

ANapæsticū carmen, quo frequenter in cho-
ris utitur Seneca, constat quatuor pedibus,
qui præcipuè sunt anapæsti permisti da-
ctylis, vel spondeis, ita tamen, ut secundo & quar-
to loco abiat dactylus.

*Senec. Lugebat æther, magna q₃ parens
Aetheris alti, tellus q₃ ferax,
Et vaga ponti mobilis unda.*

*Hercul.
Furent.*

APPENDIX.

Secundus pes dictionem terminat, qui frequen-
tissimè est spondeus.

GLYCONIVM.

GLyconium carmen constat spondeo, & duo-
bus dactylis, quo Seneca interdum choros
scribit.

*Tandem regia nobilis,
Antiqui genus Inachi,
Fratrum composuit minas,*

Thyest.

ASCLE

GRAMM. INSTIT.

ASCLEPIADEVM.

Asclepiadeum carmen constat spondeo, duobus choriambis, & Pyrrichio: vel spondeo, dactylo, & syllaba longa: deinde duobus dactylis.

Carm. I. Horat. Mæcenas atavis editis regibus.

PHALEUCIVM.

Phaleucium carmen quinque pedibus constat, spondeo, dactylo, deinde tribus choreis.

*Lib. I. Mart. Commendo tibi, Quintiane, nostros,
Nostros dicere si tamen libellos
Possum, quos recitat tuus poeta.*

SAPPHICVM CARMEN.

Versus Sapphicus quinque pedes hoc ordine admittit, Choreum, Spondeum, Dactylum, deinde duos choreos: tertio cuique carmini ferè nequitur Adoneus, qui ex dactylo, & spondeo constat:

*Carm. I. Horat. Integer vitæ scelerisque purus
Non eget Mauri iaculis, nec arcu,
Nec venenatis grauida sagittis
Fusce pharetra.
Siue per Sirteis iter æstuosas,
Siue facturus per inhospitalem
Caucasum, vel quæ loca fabulosus
Lambit Hydaspes.*

LIBER III.

DE CARMINVM DI-
mensione.

Versus metimur pedibus quibus metiendis non parum prodest syllabæ communis, Necessitatis metricæ, Licentiæ poeticæ, Figurarumque cognitio.

EPISYNALOEPE.

Episynalœphe, quæ & Synecphonefis, & Synæresis appellatur: est syllaba vna ex duabus facta: quod fit cum duæ vocales in vnam contrahuntur, vt: *Aluearia, eadem, alueo, eodem, eosdem, aureis, ærei, denarijs.*

Virg. Seu lento fuerint aluearia vimine texta.

Geor. 4.

Idem. Vna eademque via sanguis animusque sequuntur.

Aen. 10.

E, & A, in vnam syllabam contrahuntur.

Idem. Assuetæ ripis volucres & fluminis alueo.

AEn. 7.

*Idem. Vno eodemque tulit partu paribusque reuinxit
Serpentum spiris.*

Aen. 12.

E, & O, vocales in vnam coalescunt.

Idem. Atria: dependent lychni laquearibus aureis.

Aen. 1.

Idem. Pectora: nec misero clypei mora profuit ærei.

Aen. 12.

E, & I, in vnam syllabam coeunt.

Marrial. Denarijs tribus inuitas: & mane togatum

Lib. 9.

Obseruare iubes atria, Basse, tua.

Duplex ij in vnum contractum est.

Idem accidit genitiuis Oilei, Achillei, Vlissei, & datiuus, ablatiuusque Tereo, Typhoco, & similibus, interdum & accusatiuo Typhoea.

E

Virg.

GRAMM. INSTIT.

- Aen. 1.* Virg. Vnius ob noxam, & furias Aiacis Oilei.
- Aen. 3.* Idem. Littora Achomenides, comes infelicis Vlyssæi.
- Aen. 9.* Idem. In arime Iouis imperijs imposta Typhoeo.
- Met. 6.* Ouid. Degeneras scelus & pietas in coniuge Tereo.
- Met. 3.* Idem. Nec quo centimanum deiecerit igne Typhoea,
Nunc armatur eo.
- In primis E, & I. & in secundis E, & O: in ultimo E, & A, in vnam syllabam coalescunt.
- In superiorum contractione, delectu & auctoritate opus est. at horum cui, huic, dij, dijs, ij, ijdé, ijs, ijsdem, vsque ad eò, omnibus vti licet. Item ad uerbiorum Deinde, dein, deinceps, dehinc, & verbi deest, deerat, deerant, deerit, deerunt, deesse, & eorum, quæ ex Semi, componuntur, vt: *Semianimis, Semihomo.*
- Met. 11.* Ouid. iuncta palus huic est densis obsessa salictis.
- Lib. 1.* Luc. Sed venient maiora metu: dij vota secudent.
- Lib. 4.* Idem. Idem, cum fortes animos præcepta subissent,
Optauere diem.
- Lib. 1.* Idem. vsque ad eò miserum ciuili viuere bello?
- Achil. 1.* Statius. De hinc sociare choros castisq; accedere sacris
Hortantur.
- Lib. 8.* Lucan. Non vlli comitum sceleris præfagia deerant,
- Lib. 8.* Mart. Sint Mæcenates non deerunt Flacce Marones.
- Lib. 3.* Lucan. Semi animes alij vastum subiere profundum.
- Aen. 8.* Virg. Semihominis Caci: facies quam dira tegebat.
Huc etiam spectat Anteambulo, antehac, Anteit,
& si qua præterea sunt.
- Lib. 2.* Mart. Sum comes ipse tuus, tumidiq; anteambulo regis

LUC.

LIBER III.

Luc. Plurimaq; humanis ante hac incognita mensis. Lib. 6.
Virg. Qui candore niues anteirent, cursibus auras. Aen. 12.

SYNALOEPHE.

Synalœphe est, cùm vocalis, aut diphthongus præcedentis dictionis à sequenti excipitur, & quodammodo absorbetur.

Virg. Atq; ea diuersa penitus dum parte geruntur. Aen. 9.
Idem. Conticuere omnes intentiq; ora tenebant. Aen. 2.
Idem. --- clamorem ad sydera tollunt Aen. 10.
Dardanidæ è muris: spes addita suscitât iras.

EXCEPTIO.

O & Heu sequenti vocali aut diphthongo integra manent.

Vir. O pater, ô hominem, diuinumq; eternapotestas, Aen. 10.
Statius. Heu vbi syderei vultus? vbi verba ligatis Theb. 5.
Imperfecta sonis?

APPENDIX I.

Interdû nec vocalis, nec diphthongus, vt supra diximus, à sequenti vocali excipitur.

Vir. Glauco, & Panopeæ, & Inoo Melicertæ Georg. 1.
Idem. Posthabita coluisse Samo, hic illius arma. Aen. 1.

Id quod multo rarius accidit, si vocalis brevis sit:

Idem. Et vera incessu patuit Dea: ille vbi matrem. Aen. 1.

APPENDIX II.

Synalœphe non solum in eodem carmine, sed in diuersis locum habet,

E 2

Items

GRAM. INSTIT.

Georg. 3. Idem. Et spumas miscent argenti, viuaque sulphura
Ideasq; pices.

Georg. 2. Virg. Inseritur verò ex fetu nucis arbutus horrida:
Et steriles platani malos gessere valentes.

Aen. 1. Idem. --- quibus orbis in oris
Iactemur doceas, ignari hominumque locorumque
Erramus.

In his atq; similibus locis, vltima vocalis præcedentis versus excipitur, atque absorbetur, à prima sequentis.

ECTHLIPSIS.

ECthlipsis est cum M, litera simul cum vocali eliditur, propter sequentem vocalem.

Aen. 3. Virgilius. Italian, Italian primus conclamat Achates.
Sat. 1. Persius. O curas hominum, ò quantum est in rebus inane.

APPENDIX I.

PRisci, M, literam cum vocali correpta seruebant.

Lib. 1. Lucret. Nam si tantundem est in lanæ glomere, quantum

Corporum in plumbo est, tantundem pendere par est.
Corporum dactylus est.

Annal. 10. Ennius. Insignita ferè tum millia millium octo.

APPENDIX II.

ECthlipsis etiam in diuersis carminibus locum habet.

Virg.

LIBER III.

Virg. Iamq³ iter emensi, turres ac tecta Latinorum Aen. 7.
Ardua cernebant iuvenes. muroq³ subibant.

Idem. Aut dulcis musti Vulcani decoquit humorem, Geor. 1.
Et folijs vndam tepidi despumat abeni.

APPENDIX III.

PRisci poetæ, S, literam passim elidebant:
quod si deinde concurrerent vocales, prior
à posteriore per Synalœpham excipiebatur: Aen. 7.
Ennius, Doctus, fidelis, suavis homo, facundus suoque
Contentus atque beatus, scitus, secunda loquens in
Tempore, commodus & verborum vir paucorum.

Doctu, si: cundu: su, dactyli sunt in secundo
versu, ex primo verbo exteritur, S, deinde fit sy-
nalœpha sic, Content, atque be. Rarissimè apud
posterios videas hanc literam extritam.

In Arat.

Cic. Delphinus iacet haud nimio lustratus nitore.
Alcinous. Longè erit à primo quisquis secundus erit.
Lustratus, & quisquis S, amittunt.

DIAERESIS SIVE DIALYSIS.

DIæresis est cum syllaba vna in duas diuidi-
tur, vt Aurai trisyllabum pro auræ dissylla-
bo. syluæ, euoluam, euoluisse, dissoluo, heû, per-
soluendus, & suavis iam apud Comicos dissyllabum.

Virgilius. Aethereum sensum atque aurai simplicis ig- Aen. 6.
nem.

Horat. Niuesq³ deducunt Iouem, nunc mare nunc syluæ. In Epod.

Catullus. Condit a quin veri pectoris euoluam. Ad Ort.

GRAMM. INSTIT.

- In Epist.* Ovidius. Debuerant fusos euoluisse suos.
Catullus. Pristina vota nouo munere dissoluo.
Ad Liui. Qui. Vita data est uienda, data est sine foenore nobis
um. Mutua, nec certa persoluenda die.
Martial. Heu quàm benè nunc Papyriane,
Lib. 8. Virgilius. Non lux, non cibus est suauis illi.
De Li-
uore.

SYSTOLE.

Systole est, cum syllaba natura longa corripitur:

- Aen. 1.* Virg. cum subito assurgens fluctu nimbosus Orion.
Aen. 6. Idem. Illa autem paribus, quas fulgere cernis in armis.
Aen. 8. Idem, -- totumq; instructo Marte videres
 Feruere Leucaten, auroque effulgere fluctus.
Lib. 8. Silius: Terruerunt pauidos accensa Ceraunia nautas.
 Aut positione longa, sed altera consonante extrita, vt Obicis pro Obijcis, abici pro abijci.
Lib. 8. Luc. Cur obicis Magno tumulum, manesq; vagantes?
De Pon- Ouid. Turpe putas abici, quod sim miserandus amicis.
to 2.

ECTASIS SIVE DIASTOLE.

Ectasis est cum syllaba natura breuis simpliciter producitur.

- Aen. 1.* Virgilius. Italiam fero profugus, Lauinaque venit
 Littora.
Theb. 2. Statius -- seu castra subire
 Apparet: aut celsum crebris arietibus vrbis
 Inclinare latus.

AUC

LIBER III.

Aut cùm eadem consonans geminatur : vt
Relligio, relliquiæ, repperit, rettulit, reppulit. Aen. 2.
Virg. Relligione patrum multos seruata per annos. Aen. 8.
Idem. Troas Relliguias Danaum, atq; immitis Achillei. Aen. 1.
Idem. Vir bonus & sapiens: qualem vix repperit vnum. Epist. 2.
Hor. Rettulit acceptos, regale numisma, Philippos. Lib. 1.
Luc. Reppulit à Libycis immensum Syrtibus equor.

Aut I, & V, vocales in consonantes mutan-
 tur.

Virgilius, -- cuius apertum Aen. 11.
Aduersi longa transfuerberat abiete pectus.
Idem. Mœnia, quiq; imos pulsabant ariete muros. Aen. 12.
Idem. Abietibus iuuenes patrijs, & montibus equos. Aen. 9.
Idem. Herent parietibus scala, postesque sub ipsos. Aen. 2.
Silius. Arietat in primos, obicitq; immanaa membra. Lib. 4.

In his, & similibus locis, I, vocalis fit consonans:
 itaque Abiete, ariete dactyli sunt.

Idem. Tenuia nec lana per coelum velleræ ferri. Georg. 1.
Id. Genua labant, vastos quatit ager anhelitus artus. Aen. 5.

In his, V, vocalis in consonantem migrat: qua-
 re *Tenuia* Dactylus est, itidem *Genua la* Hæc est
 Probi sententia: sunt qui exiltiment esse Proce-
 leusmaticum. Neque mirari debes, si vocales mu-
 tentur in consonantes, cum eadem literæ conso-
 nantes, interdum in vocales vertantur, vt *disfoluo*
 pro *disfoluo*, & cæteræ, quæ per dieresim in duas
 syllabas diuiduntur.

DE CÆSVRA.

SI pedes, maximè versus Heroici, è singulis verbis constent, ineptum & insulsum fit carmen, vt:

Aurca scribis carmina Iuli maxime vatam.

Contra si verba concidantur, ita vt mutuo amplexu pedes alij ex alijs pendeant, pulcherrimus efficitur versus.

Aen. 1. Virg. Semper honos, nomenque tuum, laudesq; manebunt.

Ibid. Idem. Non ignara mali miseris succurrere disco.

Ibid. Idem. Iustitiæq; dedit gentes frenare superbas.

Aen. 6. Idem. Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.

Syllaba, quæ ex dictione cæditur, ac post quemuis pedem relinquitur, vulgò cæsuræ dicitur, cuius tanta est vis, vt eius beneficio breuis syllaba producat: est enim quoddam in ipsa diuisione verborum latens tempus, nam dum moramur, atque ad alias transimus, interuallum vnum spatiumque lucratur.

Aen. 4. Virg. Pectoribus inhians spirantia consulit exta.

Aen. 5. Idem. Emicat Euryalus, & munere victor amici.

Aen. 10. Idem. Vna eademq; via sanguis, animusq; sequuntur.

Ibid. Idem. Graius homo infectos relinquens profugus Hymæneos.

Vides, vt syllabæ natura breues post primum, secundum, tertium, & quartum pedem producantur? id beneficium cæsuræ acceptum referunt.

AP-

LIBER III

APPENDIX.

A Napæstici versus optimi putantur, si pedes
singuli è singulis fiant verbis.

Seneca. Tertia misit buccina signum.

Thyest.

Idem. Nondum sera nuncius horæ,

Ibid.

Idem. Curuo breuius limite currens.

Ibid.

Qui tamen perpauca sunt si cum alijs conferan-
tur.

Ibid.

Idem. Pectora longis hebetata malis,

Ibid.

Iam sollicitas ponite curas:

Fugiat mœror, fugiatq; pauor.

Ne te illud prætereat, Anapæsticum versum
nonnunquam pedem Anapæstum habere nul-
lum, id quod primi tres versiculi apertè do-
cent.

DE PENTHEMIMERI,
Hephthemimeri, &c.

VEteres grammatici versum Heroicum in
quatuor partes secant, quas sectiones, siue
cæsuras appellant, Penthemimerim, Tro-
chaicam, Hephthemimerim, Bucolicam siue Te-
trapodiam.

Penthemimeris Latinè semiquinaria constat
ex duobus pedibus, & syllaba, quæ dictonem
claudit, vt:

Virgilius. Vt belli signum

Aen. 8.

Idem. Panditur interea.

Aen. 10.

E 5

Idem

GRAMM. INSTIT.

Aen. 12. Idem, Turnus ut infractos.

Trochaica post duos pedes habet duas syllabas, longam & breuem, siue trocheum, qui dictionem terminet, ut :

Eclo. 4. Virg. Non omnes arbusta.

Aen. 2. Idem. Infandum Regina.

Aen. 12. Idem. Excutiens ceruice.

Hepththemimeris Latine semiseptenaria, continet tres pedes, & syllabam, quæ dictionem finiat, ut:

Aen. 1. Virg. Talibus, Ilioneus: cuncti.

Ibid. Idem. Multa super Priamo rogitans.

Ibidem. Idem. Terram inter fluctus aperit.

Bucolica seu Tetrapodia fit, si semiseptenariæ duas breues adiunxeris, ut :

Talibus Ilioneus cuncti simul &

Multa super Priamo rogitans, super.

& Terram inter fluctus aperit: furit.

Hanc tamen postremam aiunt propriam esse Bucolici carminis, qua Theocritus plurimum est usus.

APPENDIX.

Versus, qui Heroico nomine digni censentur, modò cæsuram vnã habent, ut :

Vt belli signum Laurenti Turnus ab arce.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Turnus ut infractos aduerso Marte Latinos.

Omnes solam semiquinariam habent. Modò duas, ut:

LIBER III.

*Non omnes arbuta iuuant, humilesq; myrica.
Infandum Regina iubet renouare dolorem.
Excutiens ceruice toros, fixumq; latronis, &c.
Omnes Trochaica, & semiseptenaria constant.*

Modo tres, vt:

*Talibus Ilioneus: cuncti simul ore fremebant.
Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.
Terram inter fluctus aperit: ferit astus arenis.*

Omnes & semiquinariam, & semiseptenariam, &
Bucolicam habent.

DE VERBIS POETICIS.

Verborum licentia liberiores multò sunt poetæ, quàm oratores, quibus assiduè accurateque legendis, non solum verba, sed etiam cætera ornamenta ijs, qui poetico studio tenentur, diligentissimè sunt obseruanda.

DE PATRONYMICIS.

Propria eorum sunt, quæ à Grammaticis patronymica vocantur, quod à patrum maiorumque nominibus facta, filium, aut filiam,

GRAMM. INSTIT.

filiam, nepotem, aut neptem, aut ex posteris aliquem significant. Hæc ferè à Græcis nominibus fiunt, atque vel in Des, vel As, vel is, vel Ne excunt, quorum prima masculina sunt, & primæ declinationis, vt Pelides, Achilles Pelei fili-

In Epist.

us.

Ouid. Pelides utinam vitasset Apollinis arcus.

Aeacides, Achilles Aeaci nepos.

Aen. 1.

Virg. Sæuus vbi Aeacida telo iacet Hector, vbi ingens Sarpedon.

Aeacides, Pyrrhus pronepos Aeaci:

Aen. 3.

Idem. Coniugio Aeacida Pyrrhi, sceptrisque potitum.

Aeacides, Pyrrhus Epirotarû Rex ab Aeaco originem trahens.

Aen. 6.

*Idem. Eruet ille Argos, Agamemnoniasque Mycenæ,
Ipsumque Aeaciden genus armipotens Achillei.*

Cætera fœminina sunt, & declinationis tertiæ, exceptis vltimis, quæ secundæ sunt Græcorum, vt Thestias, Althæa Thestij filia.

Met. 8.

*Ouid. Thestias haud aliter dubijs affectibus errat.
Thaumantias Iris, Thaumantis filie.*

Aen. 9.

*Virg. At quem sic roseo Thaumantias ore locuta est.
Aeolis Alcione Aeoli filia.*

Met. 2.

*Ouid. AEolis interea tantorum ignara malorum.
Atlantis Atlantidis, Electra Atlantis filia.*

Aen. 8.

*Virg. Dardanus Iliacæ primus pater vrbis & autor,
Electra vt Graÿ perhibent, Atlantide cretas,
Nerine, Nerines, Galatea filia Nerei.*

Idem

APPENDIX I.

PAtronymica non solum à patribus, auis, pro-
 auis, abauis, atauis, tritauis, alijsque maiori-
 bus deducuntur, sed etiam à matribus, vt: *Iliades*,
Romulus ab *Ilia*: *Philyrides*, *Chiron Centaurus*, à
Philyra: *Latois* *Idis* vel *Idos Diana* à *λητώ* hoc est, *La-*
tona.

Ouid. Inuadunt, portasq; petunt, quas obice firmo Met. 14.
 Clauferat *Iliades*.

Idem. *Philyrides* puerum *cithara* perfecit *Achillem*. Met. 7.

Idem. *Præteritas* cessasse ferunt *Latoidos* aras.

Item à fratribus, vt: *Phoronis*, *Io*, seu *Isis*, *Phoro-*
nei soror, *Phætonias*, soror *Phætonis*.

Idem. Nec superum rector mala tanta *Phoronidos* vl- M. 21.1
 tra *Ferre* potest.

Virg. Tum *Phætoniades* musco circumdat amara Eclog. 6.
Corticis.

A Regibus præterea & conditoribus, vt: *Ro-*
mulidæ, *Romani* à *Romulo*: *Dardanidæ*, *Troiani* à *Dar-*
dano: *Aeneadæ* ab *Aenea*: *Cecropidæ*, *Athenienses* à
Cecrope: ydem *Thesidæ* à *Theseo*.

Per sius --- inter pocula querunt Saiyr. 1.
Romulidæ saturi, quia diu poëmata narrent.

Virg. *Dardanidæ* magni genus alto à sanguine Di- Aen. 5.
uum.

Idem, *Aeneadasq;* meo nomen de nomine fingo, Aen. 3.

Ouidius, *Phocus* in interius spatium pulchrosq; recess- Meta. 7.
us Cecropidas duxit.

Virg.

Geor. 2. Virg. Præmiaq; ingentes pagos & compita circum
Thesida posuere.

APPENDIX II.

Multa à regionibus, urbibus, montibus, fontibus, fluvijs, alijsque rebus fiunt, quæ formam quidem Patronymicam habent, re autem vera gentilia sunt, aut pro possessivis, adiectivisque nominibus ponuntur, ut: *Asis, Libistis, Italis, Ausonis, Sarmatis, Colchis, Sithonis, Thessalis, Sicelis, Sionis, Ilias, Troias, Erymanthis, Mænalis, Pieris, Tritonis, Pegasis, Phasis, Phœbas.*

Met. 9. Ovidius, --- celeriq; carina,

*Aegeas metiris aquas, & in Aside terra
Mœnia constituis.*

Lib. 7. Sil. Ad quem Cymodote Nympharum maxima natu
Italidum.

Aen. 5. Virgilius. --- occurrit Acestes

Horridus in iaculis, & pelle Libystidis vrsæ.

Fast. 2. Ouid. Nomen Arionium Siculas impleuerat vrbes:

Captaq; erat Liricis Ausonis ora sonus.

Trist. 1. Idem. Sarmatis est tellus, quam mea vela petunt.

In epist. Idem. Nec vehit ætæas Sithonis vnda rates.

Aen. 2. Virg. Interea ad templum non æque Palladis ibant

Crinibus Iliades passis.

Met. 13. Ovidius. Troades exclamant: obmutuit ille dolore.

Trist. 3. Idem. Cumq; truci Borea Mænalis vrsa videt.

In epist. Idem. Pegasis Oenone Phrygijs celeberrima sylvis.

Idem

LIBER III.

Idem. Vectam frenatis per inane draconibus Aegeus Fast. 2.
Credulus immerita Phasida fouit ope.
Lucan. Limine terrifico metuens, consistere Phœbas. Aen. 5.

PATRONYMICA MAS-
 culina quo pacto formentur.

PRAECEPTVM I.

N Omina in A, finita, assumunt De, syllabam,
 vt: *Iliā, Iliades.*

As, terminata assumunt, De, syllabam ante
 s, vt: *Aeneas, Aeneades, Pheretias, Pheretiades.*

Quid. Cumque Pheretiade & Hyanteo Iolao. Meta. 8.

EXCEPTIO.

A Finita aliquando ipsum A, mutant in I, vt:
Philyra, Philyrides.

As terminata interdum I, ante A, assumunt, vt:
Amyntas, Amyntiades, Philippus Amyntæ filius.

Quid. Aut vt Amyntiades &c. In Ibin.

Aeneades Iulus AENEÆ filius, fit à Græco αἰνεῖ-
 ας, sublato A, AENEDES AENEDES.

Virg. Atque his ardentem dictis affatur Iulum:

Sit satis Aeneide, telis impune Numanum Aen. 9.

Oppetisse tuis.

PRAE-

GRAMM. INSTIT.

PRAECEPTVM II.

ES finita mutant Es in Ades vt Hippotes Hip-
 potades. Aeolus Hippotæ filius.
Met. 4. Ouid. Clauserat Hippotades aeterno carcere ventos.

EXCEPTIO.

HAec sæpè I. ante A. admittunt, vt *Anchises,*
Anchisiades, Laertes, Laertiades.
Aen. 8. Virg. Aeneas Anchisiades, & fidus Achates.
Met. 13. Ouid. Saxa moues gemitu, Laertiadæq; precaris.

PRAECEPTVM III.

NOmina secundæ declinationis vs finita, in
 genitiuo assumunt Des syllabam penulti-
 ma breui, vt: *Aeacus, Aeaci, Aeacides: sicut Priami-*
des, Aeolides, Tantalides, à Priamo, Aeolo, Tanta-
lo.
Aen. 6. Virg. Misenum Aeoliden, quo non præstantior alter.
Met. 13. Ouid. Priamedenq; Helenum raptæ cum Pallade cap-
tum.
Ibid. Idem. Tantalides tu sis, tu Tereiq; puer.

EXCEPTIO I.

Nonnulla penultimam habent longam, vt:
Belides, Lycurgides, Amphiaraides.
 Virg.

LIBER III.

Virgilius. --- si forte tuas peruenit ad aures Aen. 2.

Belida nomen Palamedis. --

Ouid. Quique Licurgiden laceravit ab arbore natum. In Ibin.

Idem. Amphiarades Naupacteo Acheloo Fast. 2.

Solue nefas dixit, soluit & ille nefas.

EXCEPTIO II.

Quæ à nominibus secundæ declinationis fiunt, interdum etiam ante Des syllabam A₂ literam recipiunt, maximè quæ in ius exeunt, vt Battius Battiaes, Asopus Asopiades, Mœnetius Mœnetiaes, Thestius Thestiaes, Nauplius Naupliades, hæc in ius posterius I, genitiui mutant in A, Thestij Thestiaes.

Ouid. Nunc quo Battiaes inimicum deuouet Ibin. In Ibin.

Hoc ego deuoueo teq, tuosq, modo.

Idem. Huius Asopiades petis irrita dixit, & vrbi. Met. 7.

Idem. Sive Mœnetiaden falsis cecidisse sub armis. In epist.

Idem. --- ne titulos intercipe fœmina nostros Met. 8.

Testiade clamant.

Idem. Sed neque Naupliades facinus defendere tantum. Met. 13.

Iapetioniaes ab Iapeto pro Iapetides longius à norma recessit.

Ouid. Hic hominum cunctis ingenti corpore præstans Met. 14.

Iapetioniaes Atlas fuit.

PRAECEPTVM IV.

Genitiuus nominum in EVS, assumit Des syllabam penultima longa: E, enim
F & I,

GRAMM. INSTIT.

& I, vocales in I, longum, vel ei diphthongum contrahuntur: vel e more Græcorum, ut à multis scribitur, ut: *Atreus, Atrei, Atrides seu Atreides: sic Pelides, Alcides, Achilleides, Thesides, Tydides, & sexcenta alia.*

- Met. 33. Ouid. Conuocat Atrites socios terrore pauentes.*
Aen. 10. Virg. Te precor Alcide coeptis ingentibus adsis.
In Epist. Ouid. Pyrrhus Achilleides animosus imagine patris

APPENDIX.

HAEC rarius, A, ante Des syllabam habent.

- Aen. 2. Virg. Panthus Ottrides arcis Phœbiq, sacerdos.*

PRAECEPTUM V.

SI nomina sint tertiæ declinationis, patronymica fiunt à datiuo addita des syllaba, ut *Agenor, Agenori, Agenorides, Cadmus filius Agenoris: Thestorides, Calchas filius Thestoris: Actorides, Patroclus nepos Actoris: Aesonides, Iason filius Aesonis.*

- Met. 3. Ouid. Donec Agenorides coniectum in guttura ferarum.*
Met. 12. Idem-- at veri prouidus augur Thestorides, Vincemus ait.
Met. 13. Idem. Reppulit Actorides sub imagine tutus Achillis Troias ab arsutis cum defensore carinis.
Lib. 6. Valerius Flaccus. Aduolat Aesonides, mortemq, cadentis aceruat.

EX

LIBER III.

EXCEPTIO.

N Omina in As finita, quorum genitiuus exit in Antis, A literam, ante Des syllabam petunt, vt: *Abas, Abantis, Abanti, Abantiades*: sic *Atlantiades, Paantiades, Athamantiades, Dryantiades*, & alia id genus.

*Ouid. Victor Abantiades, patrios cum coniuge muros Met. 5.
Intrat.*

Idem. Venit Atlantiades positus caducifer alis. Met. 8.

Eodem ferè modo formantur quæ à nominibus in On fiunt, *Telamon, Telamonis, Telamoni: Telamoniades, Amphitryonades, Laomedontiades*. A Scipione tamen non *Scipioniades*, sed *Scipiades* imminuto verbo nascitur.

Ouidius. Nec Telemoniades etiam nunc bis cere quicquam Audet. Met. 3.

Virgil. Interea cum iam stabilis saturata moueret Amphitryoniades armenta. Aen. 8.

Idem. Laomedontiaden Priamum Salamina petentem. Ibid.

Idem. --- hæc Decios, Marios, Magnosq; Camillos, Scipiades duros bello, & te maxime Cesar. Georg. 2.

Silius. Heu vbi nunc Gracchi? aut vbi sunt nunc fulmina gentis Scipiadae? Lib. 17.

PATRONYMICA

FOEMININA VNDE

formentur.

PRAECEPTVM I.

- P**atronymica foemina, quæ in as, & is, ex-
eunt fiunt à masculinis. De syllaba sublata,
vt: *Thestiades, Thestias, Thestiadis. Aetiades,
Aetias: Thaumantiades, Thaumantias: Phaëtontia-
des, Phaëtontrias: Aeolides, Aeolis, Aeolidis: Tantalides,
Tantalus: Oebalides, Aebalis: Latoides, Latois:
Dardanides, Dardanis, Dardanidis: Cecropides, Ce-
cropis: Belides, Belus, Belidis.* Multa præterea sunt,
Met. 7. quæ passim apud Poetas leguntur.
Ouidius. --- rapido fallax Aetias igni
Met. 2. Imponit purum laticem:
in Epist. Idem Talibus Aeolidis dictis, lacrymisq; mouetur
Met. 4. Idem. Aut ego Tantalida Tantalus vxor ero.
Idem. Assidue repetunt, quas perdunt Belides vn-
das.

APPENDIX I.

- Q**uædam, tum in AS, tum in Is, exeunt, vs
Lib. 7. *Aetias, & Aetis: Atlantias, & Atlantis.*
Lib. 6. *Val. Flac. Nec me Aetis quin audiat opto.*
Geor. 1. *Idem. Ingens Aetida perculit horror.*
Lib. 16. *Virg. ante tibi Eos Atlantides abscondantur.*
Silius Vixq; Atlantiadum rubefecerat ora sororum.

APPEN-

LIBER III.

APPENDIX II.

FOFminina, quæ à masculinis fiunt penultima longa, in I is desinunt, soluta diphthongo, atque, E, breui, in longum verso, vt: *Aeneides, Aeneis, Aeneidos: Achilleides, Achilleis, Achilleidos: Theseides, Thesei, Theseidos.*

Ouid. Et tamen ille tna felix Aeneidos autor. Trist. 2.

Stat. Vix precor, nec tu diuinam Aeneida tenta. Theb. 12.

Iuuen. Semper ego auditor tantum? nunquam me repo- Sat. 1.
nam.

Vexatus toties Ræci Theseide Cadri?

EXCEPTIO.

Nonnunquam penultima manet breuis.

Ouid. Res quoque tanta fuit, quanta subsistere sum- De Pœt.
mo Aeneidos Vati grande fuisset opus. 3.

PRAECEPTVM II.

NE finita à genitiuo fiunt addita Ne syllaba penultima longa, vt: *Neptunus, Neptuni, Neptunine: sic Adrastine, Nerine* à genitiuis *Adrasti, Nerei, E, & I, mutatis in i, longum.* Quod si primigenium I, ante Os habeat, mutabitur Os in One, penultima producta, vt *Acrisios, Acrisione, Dane Acrisij* filia.

Cat. Tene Thetis genuit pulcherrima Neptunine? Argon.

F 3.

AP-

A Muliebri Acrifione finxit Ovidius virile
Acrifioniades.
Meta. 5. Vertit in hunc harpen madefactam eade Medusa
Acrifioniades, adiitq; in pectus: at ille, &c.

DE METAPLASMO.

Proprium itidem poetarum est verbis, quibus oratores vtuntur, aliquid interdum addere, vel detrahere: nonnunquam literas alias alijs permutare: aliquando è proprio loco in alienum transferre: quod quidem cum in soluta oratione vitium fit, Barbarismusque nominetur, in carmine tamen non Barbarismus, sed Metaplasmus appellatur: datur enim venia poetis, quia plerumque coguntur metro seruire. Metaplasmus verò dicitur, quod vetus verborum forma vel necessitate metri, vel ornandi poematis causa à poetis in nouam figuram, faciemque sermonis mutetur.

PROTHESIS προθεσις.

Littera, vel syllaba principio dictionis addita, vocatur Prothesis, vt Gnatus pro natus: Tetulifsem, pro, tulifsem.

Andr. Terent. Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
Cognosces,

Ibid. Idem. Nam pol si id scissem, nunquam huc tetulifsem
pedem.

E P E N-

LIBER III.

EPENTHESIS. ἐπένθεσις.

Epenthesis est cum medio dictionis litera aut syllaba interijcitur, vt *Reliquias*, pro reliquias, *Mauors*, pro Mars: *navita*, pro nauta.

Virgilius. Troas reliquias, Danaum atque immitis Achillei. Aen. I.

Idem. Fecerat & viridi fetam Mauortis in antro Procubuisse lupam. Aen. 8.

Quidius. Qui tibi cum gladio ? dubiam rege navita puppim. Fast. 2.

PARAGOGÉ, παραγωγή, SEV PRO-
paralepsis προπαράληψις.

Paragoge, seu Proparalepsis dicitur, cum extremæ syllabæ aliquid adiungitur, vt: *Deludier*, pro deludi: *Admittier*, pro admitti.

Terentius. Vbiuis facilius passus sim, quam in hac re me Andr. deludier.

Virgilius--tum Nisus & vna Euryalus confestim alacres admittier orant. Aen. 9.

APHAERESIS. ἀφαίρεσις.

Littera vel syllaba principio dictionis subtracta Aphæresis appellatur, vt: *Ruo*, pro eruo, *temno*, pro contemno.

Virgilius-- dabit ille ruinas Arboribus stragemque satis, ruet omnia late. Aen. 12.



GRAMM. INSTIT.

SYNCOPE. συχοπή.

Syncope litteram, vel syllabam è medio dicti-
onis subtrahit, vt *Gubernaclo*, pro, gubernacu-
lo: *periclis*: pro, periculis: *vixet*, pro vixisset, *ex-*
tinxem, pro extinxissem.

Aen. 5. *Virg.* *Cumque gubernaclo liquidas proiecit in undas*
Præcipitem.

Aen. 3. *Idem.* --- *hic me pater optime fessum*
Deseris, heu tantis nequicquam erepte periclis.

Aen. 1. *Idem.* *Vixet, cui vitam Deus, aut sua dextra dedis-*
set.

Aen. 4. *Idem.* --- *gnatumq, patremq,*
Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem.

APOCOPE. ἀποκοπή.

Apocope fini dictionis aliquid detrahit, vt
Tuguri pro *tugurij*. *Oti* pro *otij*.

Eclog. 1. *Virg.* *Pauperis & tuguri congestum cespere culmen.*

Geor. 4. *Idem.* *Illo Virgilium me tempore dulcis alebat*
Parthenope, studijs florentem ignobilis oti.

ANTITHESIS. ἀντίθεσις.

Antithesis est literæ commutatio, vt *Olli* pro
illi.

Aen. 5. *Virg.* *Olli caruleus supra caput astitit imber.*

METATHESIS. μεταθέσις.

Metathesis est literarum ordo immutatus,
vt *Thymbre*, pro *Tymber*.

Virg.

LIBER III.

Virgilius Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis. Aen. 10.

Nisi quis putet nominandi casu tum Tymber, tum Thymbrus dici, vt Euander & Euandrus.

APPENDIX.

Synalæphe, Ephisynelephe, Diæresis, Ecclipsis, Systole, Dialtole, sunt etiam Metaplasmi species, de quibus supra egimus.

DE PROSODIA.

Græci *προσῳδία*, Latini accentus, tenores, & interdum tonos vocant.

Accentus rector est, ac moderator pronuntiationis: eo enim vel attollitur, vel deijcitur vox, vel partim attollitur, partim deijcitur. Vnde ipsum non immeritò quidam vocis animam appellarunt.

ACCENTVS TRES.

Tres sunt tenores, Acutus, Grauis, Circumflexus. Acuto attollitur syllaba, graui deprimitur, vt *Pópulus*, antepenultima acuitur, penultima verò & vltima deprimuntur, gradatimque descendunt. Acuti nota è sinistra in dextram obliquè ascendit: Grauis à summo in dextram obliquè

GRAMM. INSTIT.

lique descendit. Accentu circumflexo partim at-
tollitur, partim deicitur syllaba, vt: *Romānus*: eius
nota ex acuto, & graui constat, sonus hodiē incer-
tus est: siquidem latinæ linguæ hospites, veteris-
que pronuntiationis ignari, eodem penitus sono
tum acutas, tum flexas voces efferimus.

Acutus in penultima, vel antepenultima, locum
habet: Circumflexus in penultima tantum. Grauis
vbi vterque abest.

PRÆCEPTVM I.

Lib. I. c. **N**Vllius verbi Latini vltima syllaba, autore
5. Quintiliano aut acuitur, aut circumflectitur.
& li. 12. Quare, palam, vna, alias, & cætera id genus ad-
cap. 10. uerbia, prima acuta sunt pronuntianda. Nec te
moueat quod vltimæ à typographis graui accen-
tu notentur, id enim tantum fit, vt aduerbia esse
intelligas.

PRÆCEPTVM II.

Dictio vnus syllabæ natura breuis aut po-
sitione solùm longa acuitur, vt: *at, ast, fax,*
dux.

PRÆCEPTVM III.

Dictio monosyllabica natura longa, aut
posi-

LIBER III.

positione simul, & natura, flectitur, vt: *Mōs ōs
lūx,*

PRÆCEPTVM IV.

IN dissyllabis prior natura longa, aut positione simul & natura flectitur, dummodo posterior sit breuis, vt: *Cacus, audit, aestus, mœstus, mātis, frātis,* alioquin acuitur, vt: *Aestas, arma, furor.*

PRÆCEPTVM V.

IN polysyllabis semper obseruanda est penultima, quæ flectitur si longa fuerit natura, aut natura simul & positione, dummodo vltima sit breuis, vt: *amicus, affligit, arātrum, palastra, anapestus,* alioquin acuitur vt: *Romanos, victores, Marcellus.*

PRÆCEPTVM VI.

IN polysyllabis, semper acuitur antepenultima, si penultima sit breuis, vt *Dominus, Arcopagus.*

DE PRÆPOSITIONVM

tono.

PRæpositiones suis casibus præpositæ vno eodemque tenore simul cum ipsis efferuntur, ac si vnâ tantum esset vox, vt: *Per forum, ab eo, ad Deum, præter morem contrâ fœdus.* Vides, vt præ- i. cap. positiones graui tono pronuncientur?

DE

DE GRÆCIS VERBIS.

Verba planè Græca Græco accentu pronuntiantur, ut: παραλιπομένην *Paralipomenō* penultima acuta, λιθοστρότος *Lithostrotos*, acuta antepenultima, κύριε *Kyrie* eadem acuta. ἐλεησον. *Eleison*, verbum est quatuor syllabarum, cuius non ultima, sed antepenultima acuitur.

APPENDIX I.

IN Græca lectione si duæ vocales concurrunt, ne in carmine quidem eliditur prior, nisi in ipsis libris ante extrita per apostrophon fuerit. Quare cum κύριε ἐλεησον septem syllabis constet, totidemque vocalibus saluis & integris scribatur, nulla prorsus est omittenda.

DE HEBRÆIS VOCIBVS.

Quæ Hebræa omnino sunt, neque latinitate donata, Hebræo tono pronuntiantur, ut: *Amen*, *Cherubim*, *Seraphim*, quæ acuta extrema, ut pluraque alia efferuntur.

EXCEPTIO.

A Be! Cain, Lamech, Noe, Abigail, Baal, Iden, Ephrata, Ephraim, Gomor, H-boseth,

LIBER III.


boseth, Phafe, Sibolet, & quæ in Ezer, sedec, mē-
lec, ai exeunt, vt Eliezer, Melchisedec, Abimelec
Sarai, Sinai, Abisai penultima acuta pronuntian-
tur. Alia præterea sunt huius classis, quæ consultò
prætermitto.


APPENDIX.


QVæ à Græcis & Hebræis ad Latinos defe-
cerunt, Latinorum norma metienda sunt,
vt idolum media flexa, cum à Græcis, *ἰδωλον*
ιδωλον, idolon, ante penultima acuta pronuntietur.
Sara à Latinis priore acuta effertur: quia declina-
tur, vt *Musa*, cum ab Hebræis Sara poste-
rior acuatur. Sed hæc
hactenus.

FINIS.









153300

ULB Halle


3


006 570 631



R

VD 17





2

EMMANVELIS
ALVARI,
E SOCIETA-
TE IESV, DE GRAM-
MATICA IN-
stitutione
LIBER TERTIVS.
 Siue,
De Syllabarum dimensione.
 Scholijs auctoris prætermisissis.



COLONIAE AGRIPPINAE,
 In officina Birckmannica, sumptibus
 Hermanni Mylij.

ANNO M.DC.XXVIII.

